28 ¶Utrū licite mulier possit ꝑcipere certū q̄d pro alimētis ab heredib⁹ mariti donec dotē sibi restituāt.Rñ.ꝙ sic de iu

UVA. BHSC. IyR_213

re cōi in extra no.p Bart.post Cy.C.de bo.aut.in.pos.autē.ei.q̄.ꝛ.p Ange.in.l. titia.ff.so.ma.ꝛ pa.d̄ ca.cōsi.ccclxxxiiij. ꝛ pa.in.c.de prudētia.de do.post di.re. recitat Jo.de lig.in cle.ex graui.de vsu. ꝛ sequit̄ dicentē qd̄ valet statutū vt hr̄s soluat certū quid pro centenario. Limitat tn̄ idē pa.hoc in ea q̄ nō habet vnde aliunde viuat: sed nō mihi plz ista limitatio qn̄ nō accipit tale quid rōne.lucri sed ratione interesse lucri cessantis: vt puta qꝛ potius vellet habere dotē vt eā implicaret in possessionibus vel aijs negociatiōibus: de quibus verisimiliter tm̄ vel plus haberet alias nō liceret. et sic intelligo Jo.de imo.in.d.cle.ex graui.post Mat.de mat.qui tenēt nō licere sine vsura: puta quia solū accipit rōne lucri.vt.j.vsura.j.§.ij.ꝛ.ix.

26 ¶Utrū vir licite accipiat possessionem pignus ꝑ dote soluēda.vide.j. vsura. j.§.xxv.

Dubiū ſm Isy.li.ethi.est motꝰ indifferens i vtrāq; partem contradictionis.vel dic qd̄ dubiuz est equalitas rationū contrariarū scd̄m philosophum.

☞De notatis in hoc.§.ꝛ qn̄ dicat̄ dubiū no.spe.in ti.de teste.§.vij ver.not.ꝛ versi.iij.ꝙ recurrit̄ ad arbitriū iudicis ꝛ dubitare errare ꝛ ignorare quid differant no.gl.in rub.ff.de iur.ꝛ fac.igno.ꝛ in.l.de statu.ff.de testa.

1 ¶In dubijs vbi versatur periculū aīe semꝑ tutior pars est eligēda ꝛ in ipsis qd̄ certius est tenendū.qd̄ sine periculo explicari pōt.ita dicit Pa.in.c.iuuenis.de sponsa.

2 ¶Utrū in dubio debeamꝰ interpretari vt potius q̄s non sit irregularis.Rn̄.vt colligo ex Pa.in.c.cū.tu fili p̄posite.de testi.ꝛ in.c.ad audientiā.de ho. Aut loquimur in foro aīe.ꝛ sic debemus interpretari irregularitatē ꝛ sic de alijs vbi dubitat̄ de aliquo delicto vide gl.in.c. vnico.de scru in or.fa. Similiter dicendum i foro quasi pniali. vt puta qꝛ nō agit̄ ad penā ꝓprie sed vt a ministerio abstineat aut ab alio in q̄ subesset pcm̄ sicut in cōtractu matrimonij.Facit.c. significasti nobis.de ho.et.d.c. iuuenis. aut loquimur in foro cōtētioso ꝛ sic debemus interpretari ꝑ nō. maxime vbi agit̄ de pena.puta qꝛ celebrauit qꝛ collatio nō tenuit ꝛ huiusmodi: qꝛ. i penis melior interpretatio est fienda.vt regula in penis ꝛ regula odia.li.vj.ꝛ idē dic in excōicatione ꝛ similibus.

¶Quō sunt iterpretāda ab alijs facta dubia proximorū.Rn̄.c.estote misericordes.de.reg.iu.qd̄ in meliorē partē vide j.iudicium.§.xvij. 3

¶Verba dubia sunt accipienda ſm intētionē ꝓferētis.ff. de. re.iu.in ābiguis ꝛ vt res potiꝰ valeat q̄ pereat.c.abbate.de ver.sig.alias ſm cōem vsum.c.di contra mortem.vide.s̄.castitas.§.j. 4

¶In quo differt dubiū ab opinione ei fide ꝛ scientia vide.j.opinio. in princi. 5

¶In re dubia fidei autoritas est requirenda romane ecclesie.xj.disti. palam. 6

¶In rebꝰ ābiguis absolutū nō debet eē iudiciū.xxxiij.di. c. habuisse. imo qn̄ dubiū est in persona in facto vel in iure nullo mō snia ē ferēda.xxx.q.v. iudicantē.nō d̄r iteratū qd̄ dubitatur factū de presby.non bap.c.veniens. 7

¶Dubio exn̄te iure mr̄imonij. tutius est cōtra statuta hominū dimittere copulatos q̄ disiūgere cōiūctos cōtra statuta dei.c.licet ex quadam.de testi. 8

Duellū est pugna duorū vt dicit̄ i.c. monomachiā .i. singu.certamē.ij.q.v.ꝛ fit ad ꝓbationē alicuius rei ita vt qui vicerit ꝓbasse videatur qd̄ est prohibitū sub pena mortalis peccati qꝛ cōtra legē dei ibi nō tētabis dn̄m deū tuū Matth.iiij.ꝛ d̄r.i.d. c.ꝛ ideo nō solū offerēs sed acceptās cū dantibus auxiliū consiliū vel fauorez ꝛ valētibus ꝓhibere ꝛ nō prohibētibus peccāt mortaliter.Ad ro.c.j.digni sunt morte q̄ consentiunt ꝛ non excusant̄ ex cōsuetudine vel metu acceptātes: nisi vt.j.dicā qꝛ potius debet quis quelibet mala tolerare quam malo consentire decernat.xxxij.q.v.ita ne. nec obst. qd̄ Dauid cū Golia exercuit qꝛ autoritate

UVA. BHSC. IyR_213

spiritussancti facit.sicut ⁊ Sāson vt dicit glo.in.d.c.monomachiam.xxiij.q.v. si non licet.

☞ De duello ⁊ quibus casibus pmittatur no.Bar.in.l.ex hoc iure. in princ. ff. d iusti.⁊ iu.Jac.rebuf.i.l.j.ver.an duellum.C.de gladia li.xj.⁊ in stylo parla par.j.ti.de duello.⁊ i.liij.parte arresto xl.⁊ quid possit facere victor in victū p duellū.Bal.no.i.l.j.C. de dedi.li. ⁊ in.l. his penes.C.depo. vbi ꝙ nō dicitur illicitum qd permisit consuetudo.

1 ¶ Que pena est clerici in duello pugnātis.Rñ.ꝙ dz deponi ⁊ ē irregularis tñ eps pōt dispēsare dūmodo mors vl mēbroꝝ diminutio nō interuenerit.c.j. de cle.pu.in du.nec solū efficitur irregularis si ipse pugnat.sz etiā si aliū p se pugnare facit.vt in.c.ij.e.ti.⁊ quicūqz hoc mādat cōsulit aut defendit si modo homicidiū sequat vl mutilatio.vt i.d.c.ij. dispēsat tñ eps cū clerico i bñficio etiā hñdo solū p sustētatiōe vt in.d.c.ij.cuz ibi no.dūmō nō habeat curā aiarum.

2 ¶ Sed nunqd ille q cogit a iudice tali modo ꝙ suspēdet qz hz eū p cōuicto nisi duellū susciptat possit susciperecū sit innocēs.Rñ.diuersa fuit op.vt no.i.c.j. eo.ti. sz mihi placet ꝙ talis coact⁹ tali coactiōe licite suscipiat ⁊ etiā in causa ciuili qñ nō iminet pbabile piculū mortis qz sicut licet se defendere ⁊ res suas ⁊ alia facere que de se nō sunt mala sic pugnare qñ alio modo nō pōt euadere.facit.c.interfecisti.de homi.

3 ¶ Utrū clerici q reliquias afferūt pugilib⁹ ad pugnādū sint irregulares si sequat homicidiū.Rñ.ꝙ si oino sine ipis erāt pugnaturi nō erūt irregulares al's sic intellige opiniones diuersas. ⁊ concorda sm hanc distinctionem.

4 ¶ Quod dictū est de duello. Idem dic de iudicio aque feruētis ferri cādentis c.fi.de pur.vul.

Ebrietas est puatio vsus intelect⁹ facta ad aliqd tps ex immoderato pot⁹ vini vel cuiuscūqz alteri⁹ rei potabilz

☞ Adde de his ⁊ ꝙ ebri⁹ pro dilecto corporaliter non possit puniri.Barto. no.in.l.respiciendum.§. delinquunt.et ibi Alexan.post eum.ff.de pe. Salic. in l.j.C.de sicca.not.in.l.diuus.ff. de offic. presi.non tamen omnino excusat vt ibi quod est verum. in nimia. non autē in parua.vt per Bal.in.l.d ta opera .C.q accu.nō pos.facit.l.omne dilectū.§. pe. de re.mili.

¶ Utrum ebrietas sit peccatum mortale.Rñ.vt colligo ex Alexan.in scda scde ⁊ glo.xxv.dist.§.alia ea demum.⁊ doct. ibidem ꝙ aut raro contingit aut assidue.si raro sic distinguo quod aut inebrians se cognoscit vini potentiam et suam cōplexionem dispositam ad ebrietatem.⁊ tamen magis vult ebrietatem incurrere quā a potu abstinere ⁊ sic est peccatum mortale. Aut inebrians senescit vini potentiam ⁊ ignorat ꝙ ex tali potu possit inebriari vel non aduertit ⁊ sic est nullum peccatum vel veniale sm excessum in potu et negligentiā in aduertēdo.si vero assidua sit ebrietas sic est mortale pctm nō propter iterationem actus quia multiplicatio actuum venialiū non auget in infinitum sed quia non potest esse ꝙ hō assidue inebrietur quin sciens ⁊ volens ebrietatem incurrat.aut saltez nō omittat diligentiā qz debet adhibere de necessitate ne inebrietur cū habeat tēpus deliberatiōis reprimendi motus veniales ne procedant in regnū peccati.Ille vero q procurat vt qs inebrietur cōiter mortaliter peccat siue sequat ebrietas siue nō siue sit peccatū mortale in eo q inebriatur siue nō quia cōsentit in dānum notabile proximi. 1

¶ Utrū ppter sanitatē liceat inebriari Rñ.ꝙ nō sine pctō mortali.tam in operāte quā in patiēte scienter: verū est ꝙ sm sctm Tho.ij.ij.q.cl.cib⁹ vel pot⁹ q esset supflu⁹ sanonō erit supflu⁹ infirmo:puta qz datur ei causa medicine ad prouocandū vomitum ⁊ sine peccato quando talis infirmitas id requiret sz non vsqz ad ebrietatem. 2

UVA. BHSC. IyR_213

5 ¶ Utrū ebrietas excuset a pctō. Rñ. q excuset a tāto: ſz nō a toto. Intellige q ad penam: ſed quo ad culpā excuſat a toto q fecit in ebrietate ex quo eſt ſine vſu totali rationis. et facit q not. xv. q. j. in. c. ſane. ꝛ c. ſi quis inſaniens. Quo vero ad penam ꝑa. in. c. quia diuerſitatem. de cōceſ. ꝑben. tenet q nō imputatur niſi id quod ex culpa immediate procedit non quod mediate. ꝛ facit qđ not. in tex. ꝛ in gl. xxiij. q. v. de occidendis. ꝛ in. c. licet. de teſtī. vnde dicit q ſz quis excommunicetur ꝓpter ſuā culpam nō tamen imputatur ꝓſtea ei q beneficium; nō, cōtulit infra temp⁹ debitum niſi fuerit in mora petēde abſolutionis qz culpa nō eſt cā immediata ſed excomunicatio q eſt pena ſic in poſito ſz ſumptio potus ſuperflui fuerit culpa ꝛ cā imediata priuatiōis vſus rōnis nō tñ eſt cā imediata homicidij vel alteri⁹ q facit. ꝛ ideo nō erit irregularis ſm iſtā opi. Ric. tñ in. iiij. diſt. xv. ſz q erit irregularis: ꝛ q ei iputant ad penam omnia que ſequuntur ſed mihi placet magis opi. ꝑau. ꝛ p eo ē ter. cū gl. in. c. de cetero. de homi. niſi voluiſſet ꝛ ſic intelligit. c. a nobis. el. ij. de ſenten. excōmu.

¶ Ecclesia romana ibi eſt vbi ſunt bona. vt dicit gl. i. c. quāuis. xxi. di. ꝛ ſic patet q tempore mortis chriſti remāſit in ſola virgine maria. 2

¶ Ecclesia an dicatur illa que nō eſt cōſecrata. Rñ. ꝑa. in rubri. de cōſe. eccle. vel alta. q non ꝓprie: ſed baſilica ideſt domus regis. alle. gl. cū tex. i. c. j. de re. do. ꝛ facit ad ſtatuta. vt delictum cōmiſſū in eccleſia nō cōſecrata nō ſit cōmiſſum in eccleſia ſz impropie accipiatur vnū ꝓ altero. Itē equinoce dicitur eccleſia oratorium ſz ꝓprie oratorium ſit locus aptus ad orandum quē quiſq; in domo ſua edificare poteſt. 3

¶ Ecclesia matrix. aliquā do eſt cathedralis: vt in. c. venerabilē. de verb. ſig. aliqñ eſt baptiſmalis ſeu parochialis. vt in. c. ex trāſmiſſa. de ꝓſcrip. ꝛ in. c. ad audientiam el. j. de eccleſiīs edifi. not. do. Card. in cle. ne romani. de elec. 4

¶ Utrū ebrietas largo modo dicta q quis nō totaliter priuat vſu rōnis ſz ſit ne alteratur; ſcit tñ q facit ſiſ. ſit pctm mortale: ꝛ excuſat. Rñ. abſq; dubio non excuſat a malo q ꝓpetrat ex q ſcit q facit: nec etiaz credo talē excuſari a pctō mortali qui ſcienter tñ biberet q talē granedinē incurreret. tū ꝓpter ſpiculū ebrietatis tū qz ſine notabili leſione rationis hoc fieri nō pōt. In eo autem cui hoc accidit inaduertēter ſiue raro ſiue etiā frequēter nō credo ſit mortale peccatum qz nō facit a ꝓpoſito ꝛ ſcienter qz nō ita tenetur talem alterationē vitare ſicut ebrietatem que priuat vſu rationis totaliter. 4

¶ Utrū teneāt geſta per talem ebriū. 5

Rñ. q non qñ ꝓprie eſt ebrius ſz quādo non eſt ꝓprie ebrius ſed confortatus: ꝛ ſcit qđ facit tunc tenent licet in multis ſuccurratur ei vt in iuramento ꝛ confeſſione ꝛ ſimilibus per miſericordiam iuris: vt. ſ. dixi Blaſphemia.

Ecclesia ſumit multipliciter: vt lxviij. diſ. c. quorum vices. ꝛ vij. q. j. ſcire debes ꝛ ne prelati vices. c. vlti. de verb. ſig. in. c. cauſā. ꝛ. c. cū clerici in. gl. ꝛ ibi vide.

☞ De contentis in hoc. §. ꝛ quot modis dicatur eccleſia no. Bal. in ſua marga. in verſi. mortuus. verſi. j. glo. ordi. in. c. cum clerici. de verbo. ſigni. ꝛ an q veniat appellatione pauperum. Bald. not. quod ſic in. l. omnes. in princi. C. de epiſ. ꝛ cle. ꝛ in. l. ſi quis ad declinandā col. v. eo. titu.

¶ Ecclesia vniuerſalis q eſt collectio fi delīū nō pōt errare in fide ſen eius articulo. neq; in his q ad bonos mores neceſſarios ad ſalutē pertinent qz chriſtus ꝑ ea orauit vt nō deficeret fides eius: ꝛ ſic intellige. xxiij. qō. j. a recta. Jn aliis aūt bene pōt errare: qz ſequitur opiniones que pōt falli. ꝛ ſic intellige. c. a nobis. el. ij. de ſenten. excōmu. 1

5 ¶Ecclesia materialis cuius autoritate dz fundari. Rñ ꝙ autoritate epi diocesani vt i aut. de ec. ti. §. si quis aut. et de cõse. di. j. c. nemo. el. j. ⁊ hoc verꝝ in locis nõ exemptis. In exẽptis vo nullus põt edificare sine licentia sedis apostolice: vt in. c. autoritate. de priuil. libr. vj. ⁊ sic intellige. c. de locorum. cum. c. seq. de conse. di. j.

6 ¶Utrum debeat ecclesia edificari sine dote. Rñ. ꝙ eccle mendicantiuz sic. alie vo non nisi in monasteria q̃ habẽt redditꝰ: vt no. i. c. j. de censi. ⁊ dos est mansus terre q̃ multipliciter dicitur. vt not. glo. in. c. sm canonicam. xxiij. q. viij. ⁊ in d. c. j. no. Pa. ꝙ accipitur hic ꝑ dote necessaria ꝑ sustentatiõe ministri qui mãsus debet esse liber ab omni seruitute tẽporali. vt in dictis iuribꝰ. ⁊ no. Inno. ⁊ host. ⁊ Jo. an. in. d. c. j.

7 ¶Quis tenet ad ecclesie reparationez. Rñ. Pau. i. c. j. de eccle. edi. ꝙ de iure tenet plat⁹ dare quartaz partẽ redditus si spãles nõ sunt ad hoc deputati: vel si cõsuetudo nõ trãstulit onus fabrice in populo. nec valet cõsuetudo in contrariũ vt. c. cognouimus. xij. q. ij. ⁊ in. d. c. j. quod intellige quãdo superest aliq̃d detractis necessarijs sibi: als nõ tenet sm eundẽ Pau. in. c. de his qui. de eccle. edifi. ⁊ qd dico de plato itelligo de omnibus bñficiatis i ea. vt. d. c. j. ⁊. c. de his Si vero consuetudo transtulit onꝰ fabrice in seculares tenẽtur ipsi. ar. c. ad apostolicã. de simo. quod limito nisi eccla abundaret, ⁊ ipsi seculares in magna egestate essent. arg. c. aurum cum similibus. xij. q. ij.

8 ¶A quo debet cõsecrari ⁊ de recõsiliatione eius vide. s. cõsecratio. ecclesie. d eius immunitate vide. j. immunitas.

9 ¶Utrũ oblatiões q̃ fiunt capelle cedãt eccle parrochiali ifra quã est sita. Rñ. pa. ⁊ do. Ant. in. c. pastoralis. de his q̃ fi. a prela. ꝙ sic ꝑ locũ a spãli. in. c. ad audientiã prio. de eccle. edifi. Infert etiam do. Ant. ibidẽ. ꝙ oblatio que fit imagini picte in muro alicuius parrochie cedit ecclesie parrochiali. facit gl. in. l. statue. ff. de vsufruc. ⁊ Ang. in sua disputatiõe que incipit. In refulgenti palatio. hoc limito verũ quãdo fit intuitu ecclesie parochialis: als non. de quo. j. votũ. in. §. xxvj. Idẽ do. Anto. no. sup. Rñ. de parrochijs ꝙ oblationes q̃ fiũt celebrãti in alteriꝰ ecclesia sunt rectoris illiꝰ ecclesie nisi sit episcopꝰ in ꝓpria diocesi vel archiepiscopꝰ in tota ꝓuincia dum visitat qꝛ tũc epo vel archiepiscopo cedunt: qꝛ tota diocesis censet parochia de rapto. c. de parro. c. sup eo. ⁊ ꝓuincia est parochia archiepi. c. romana. §. fi. de censi. lib. vj.

10 ¶Ecclesia nõ cõsecrata an gaudeat eodẽ priuilegio quo cõsecrata. Rñ. pa. i. c. fi. de cõse. eccle. vel alta. ꝙ sic: qñ autoritate epi est edificata: multa ꝑ hoc allegantur in gl. ibidem.

11 ¶Ecclesie parrochialis collatio ipo facto ẽ nulla si fiat ei qui nõ attigit. xxv. annũ. Itẽ collata ei qui nõ est sacerdos si infra annũ a tpe cõcessionis et adepte possessiõis nõ fuerit sacerdos ordinatꝰ vacat: licet altera cõferri nõ possit nisi cõpleto anno trãsacto. de quo dic vt. s. clericus. vij. §. v.

12 ¶Ecclesie parrochiali presentatus põt admitti quãuis non sit in sacris dũmõ infra tempus debitum possit ordinari in sacerdotez. c. si is. de testi. li. vj. sed sine presentatione institui non põt nisi dispensatiue sm Joã. an. in. c. preterea. de eta. ⁊ quali. or.



Lectio ẽ alicuiꝰ ꝑsone idonee ad dignitatẽ vl fraternã societatẽ seruata forma cãonice facta vocatio. hoc colligit ex. c. in cunctis. ⁊. c. cũ eclesia vulterana ⁊. c. qꝛ ꝓpter. de elec. ⁊. c. cum olim. de arbi.

☞ De notatis in hoc. §. ⁊ quotis fieri possit electio no. Bar. in. l. eũ q̃ certarũ col. iij. de ver. ob. Jo. de por. i. l. si insulã. ⁊ in. l. quicquid astringẽde. eo. ti. ꝙ bis ⁊ nõ pluries. idẽ not. Jo. de pra. i. l. si is qui i fi. ff. de procu. ⁊ in. l. hmõi. §. stichũ de leg. j.

1 ¶Ad quẽ pertinet electio. Rñ. de iure

UVA. BHSC. IyR_213

cōi spectat ad collegiū. Nā quelibet cō gregatio debet sibi de iure cōi eligere prelatū: nisi cōsuetudo sit in cōtrariuz. de ele. q. j. xvj. q. vl. ꝯgregatio. xviij. q. ij: abbbatē. ⁊. c. seq. vñ adeā spectat etiā si duo solū vel tres fuerint. de ele. c. j. de cōsue. c. cū dilectus. imo vt tenet glo. in c. ij. de postu. prela. Inn. ⁊ Host. ⁊ cōiter doc. Ius vniuersitatis pōt remanere in vno solo oibus alijs mortuis vel priuatis suspensis vel excōicatis tex. est in. l. sicut. §. sed ⁊ si vniuersitas. ff. qđ cuius. vni. cum gl. ⁊ Bar. vnde in isto casu potestas eligendi pertinet etiam ad pauciores qñ maior pars est inhabilis ad eligendū puta excōicati vel suspensi et si minor pars representat totum collegium cū inhabiles nō comprehendantur in numero. facit. c. illa de elec. bona gl. in cle. quod circa. de elec. Iste tamen solus nō posset se eligere quia notaret ambitiosus. c. ꝑ vestras de iure patro. pertinet etiam aliqñ ex ꝯsuetudine vel priuilegio ad alios q̄ de collegio. c. cumana. de elec.

2 ¶ Utrū potestas eligendi deuoluat ad alios de collegio qñ alij sunt priuandi potestate eligendi ꝑ ea vice. Rñ. glos. in d. c. ij. ꝙ non anteq̄ priuentur.

3 ¶ Quid si non vocētur alij qui sunt priuati vel inhabiles ad eligendū. Rñ. pa. in. d. c. ij. ꝙ tenet electio ⁊ alia capitularia. licet nondū nō sit discussuz an sint priuati quia sufficit ꝙ postea possunt conuinci.

4 ¶ Utrum conuersi sint de capitulo et habeant vocē in electione prelati. Rñ. Ludo. de ro. in suis notandis tz ꝙ nō. allegat. c. ex eo. de ele. li. vj. nisi antiqua consuetudine hoc haberēt ſm Inno. in c. ij. de insti. idē tenet Fe. consi. cvij. per tex. ⁊ si xp̄s. de iureiu. in. ver. vos ⁊ conuersi. quod esset frustratorium monasterij vestri.

¶ Utrum elector posiit vnum vel plures procuratores instituere ad eligendum. Rñ. ꝙ sic. si ipse sit habēs ex iusto impedimento detinet. sed oportet ꝙ si plures procuratores instituit ꝙ quilibet sit insolidum aliter non admittetur. ⁊ simul concurrant potior erit conditio preoccupantis. Si vero nullus eorum preoccupat tunc capl'm admittet quē voluerit vel si maior pars capl'i nō cōcordat admittet q̄ prior est institut⁹. Itē opz ꝙ ꝓcurator sit de collegio ⁊ si nullus vellet esse non posset extraneuz capl'o nolente deputare. neq̄ ꝑ lr̄as votum suū exprimere. Itē tertio opz ꝙ ꝓcurator institutus nō eligat vnū suo nomine ⁊ alterꝝ nomine ꝓcuratorio: qꝛ nihil valeret nisi dñs speciale mandatuz dedisset de aliquo nominando: qꝛ tunc illū nomine dñi ⁊ alteruz suo noie poterit nominare. c. si quis. de elec. li. vj.

¶ Utrū illi qui non sunt professi tacite vel exp̄sse in locis regularibus sint admittēdi. Rñ. ꝙ nō vt pz in. d. c. ex eo. nec illi q̄ ꝑ eorū regulā vel cōstitutiōes ꝓhibentur, sicut minores. 6

¶ Utrū illi qui nō sunt subdiaconi habeāt vocē in capl'o in cathedralib⁹ collegiatis secularib⁹ vel regularib⁹ ecclesijs. Rñ. ꝙ non ēt si ab alijs libere cōcedatur cle. vt hi q̄ de eta. ⁊ quali. Quidā tñ limitant quo ad illos qui nolūt ordinari laici. ꝓfessi tamen cū clericis admitti debent de iure cōi. vt in. c. messana. de elec. nō laici conuersi nisi vbi habet consuetudo ꝙ admittātur. vt no. gl. in verbo electionib⁹. in. d. c. ex eo. vt in. d. cle. vt hi quia dictum. c. ex eo. excludit solū laicos conuersos. laici vero professione et habitu nullo modo etiā ex cōsuetudine possunt habere vocez. d. c. messanas. eo. titu. 7

¶ Quis nō pōt eligere. Rñ: ſm Inn. et Pa. in. d. c. ij. đ postu. mlti priuant potestate eligendi. ¶ Primo excommunicati maiori excōmunicatione. c. cōstitut⁹ de appel. Secus de minori. de cle. excō. mi. c. vl. ¶ Scđo suspensi ab officio de consue. c. cū. dilectus. ¶ Tertio iterdicti. de elec. c. cū inter. Rñ. Quarto quib⁹ interdictū ē eligere sine supiorꝫ snia de elect. c. fi. ¶ Quinto qui sciēter celebrauerūt in loco interdicto nisi sup hoc sint priuilegiati de sen. ex. c. is q̄ li. vj. ¶ Sexto 8

UVA. BHSC. IyR_213

illi qui in ea vacatiõe elegerũt scienter indignũ.c.cum in cũctis.⁊.c.innotuit in fi.de elec.Et idẽ si peccauerũt in postulando.c.scriptũ.eo. ti.qꝛ ꝓ ea vice sunt priuati potestate eligẽdi si facta nominatiõe secuta fuit postulatio vl' electio. Secus si nõ sit secuta.qꝛ nõ sunt priuati.c.perpetuo.e.li.vj.⁊.vij.

¶Septimo pupilli.c.ex eo.e.ti.li.vj.

¶Octauo laici cõuersi.¶Nono non ꝓfessi.¶Decimo nõ subdiaconi de quibus dic vt.s.dictũ est.¶Undecimo illi qui per laicalẽ abusum elegerunt eo.ti. c.quisquis.¶Duodecimo nõ eligẽtes intra tẽpus.debitum.vt.j.dicam.

6 ¶Quãdo debet fieri electio.Rñ.ꝙ i cathedralib⁹ vel regularib⁹ ecclesijs ifra tres mẽses al'r deuoluit ad superiorem ꝓximũ qui superior si ifra prefatũ terminũ nõ elegerit ꝺuoluit ad aliũ supiorẽ.⁊ sic vsq̃ ad papã vt.c.ne ꝓ defectu de elec.nisi iusto inpedimẽto fuerint impediti.deinde tenent electores pñtare electionẽ electo ⁊ petere cõsensum ei⁹.j. octo dies postq̃ comoꝺ poterũt alioq̃n sũt supẽsi ꝑ tres ãnos ab oib⁹ bñficijs ipsi⁹ eccl'ie.c. cupientes.§.ceteꝝ.li.vj.e. ti.in alijs vero ecclesijs debet prouideri.j.sex menses aliter ad proximũ superiorẽ deuoluitur vt in.c.de multa de preben.⁊ in.c.nulla de cõces.preben.

10 ¶Utrũ possit fieri electio ante sepulturã ꝑdecessoris. tex.in.c. bone memorie el.ij.eo.ti.tenet ꝙ nõ si tamen fieret valeret ꝟm glo.ibidem.

11 ¶In q̃ loco dꝫ fieri electio.Rñ. ꝙ põt fieri in quocũq̃ loco honesto maxie ꝟm cõsuetudinẽ vt i.c.causis eodẽ dummõ non.sit locus clandestin⁹ qꝛ electiões q̃ fiunt in cameris ꝑ occulta cõuẽticula reprobant.lxxix.dis.c.ij.⁊.c. si transit⁹. ꝓpterea electiones ep̃oꝝ solent fieri in ecclesijs.c.ꝙ sicut eo.ti

12 ¶Utrũ i loco iterdicto facta valeat.rñ. Pau.in.c.j.de. postu.p̃la.ꝙ licet archi. in.c.in. noie.xxiij.d. teneat q ꝺ non vlꝫ. Hug.vercel.⁊ Jo.an.⁊ cõiter do.post eũ tenẽt ꝙ vlꝫ postulatio ⁊ electio qꝛ sunt quidã cõtractus.⁊ ꝓbat per tex.d.ca.j. fallit hoc in electione pape vt in.c.vbi periculum de elec.li.vj.eo.ti.

¶Qui sunt vocãdi ad electionẽ.Rñ.ꝙ oẽs q̃ sunt pñtes ad q̃s pertinet eligere etiã absentes sunt vocãdi.ꝟꝫ ꝙ cõsuetudo se hꝫ.c.corã.e.ti.qꝛ lꝫ de iure absẽtes sint vocãdi vt i.c.qꝛ ꝑꝑ.e.ti.tñ ꝯsuetudo põt introducere vt nõ vocẽt ⁊ valeat electio vt no.pa.i.d.c.coram ⁊ in.c. cumana.eo.titu.

¶Quõ sũt vocãdi.Rñ.ꝙ vl' ꝟbo vl' scripto vl' ꝯsueto signo cãpane ⁊ hinõi ꝟm consuetudinem. 13

¶Utrum possit statui terminus minor triũ mẽsiũ in q̃ si nõ cõueniãt licite ꝓcedat ad electionẽ.Rñ.ꝟm Host.ꝙ si due ꝑtes pñtes sũt ⁊ cã coartatiõis assignetur sic põt qꝛ tũc põt abñs saltẽ vni de collegio ꝯmittere vices suas.c.qꝛ ꝓpter e.ti.Si ꝟo due ꝑtes abñtes sint vel nõ sit cã coartatiõis sic nõ põt sꝫ dꝫ expectari vsq̃ circa finẽ triũ mẽsium.⁊ sic intelige doc.⁊ cõcor.in.c.cũ inter vniuersas ⁊.c.cum nobis eo.tit. 14

¶Utruꝫ pulsata cãpana si minor pars sit q̃ cõuenit possit fieri electio Rñ.pa. in.c.in causis eo.ti.ꝙ i negocijs q̃ possunt expediri ꝑ pñtes ꝙ est regulare iuxta no.ꝑ gl.i.c.ij. de testi.li.vj. sufficit vocatio ꝑ sonũ campane dũmõ talis sit cãpana ꝙ ipsi⁹ son⁹ possit ꝑuenire ad intelligentiã existẽtiũ in loco.Sꝫ in negocijs in quib⁹ absentes sunt vocãdi non sufficit vocatio per sonum campane sed abñtes debẽt vocari ꝑ nunciũ vel ꝑ literas vt in.d.c.cũ inter ⁊.c.qꝛ ꝓpter .e. ti.⁊ ita vr̃ sentire Jnn.i.d.c.in causis.⁊ in.c.ij.de no.ope.nũc.Sed qꝛ Bar.in.l. omnes populi.ff.de iusti.⁊ iur.tenet q̃ tũcunq̃ pulsetur cãpana nisi conueniant due partes vniuersitatis saltem nõ vlꝫ ꝙ fit.l. nominationẽ.C. de decur.et in.l.nulli.ff.ꝙ cuius.vni.⁊.l.fi.C. de pre. decuri ⁊ sic cõmuniter transeunt legiste.Tu tamẽ dicas ꝙ opi.legistarũ est ꝟa qñ cãpana pulsatur ab eo q̃ non hꝫ potestatẽ.puta ꝑ aliquem de vniuesitate qꝛ minor pars de duob⁹ vniuersitatis nõ hꝫ autoritatẽ cõuocãdi vniuersita- 15

UVA. BHSC. IyR_213

rem vel quãdo pulsando non intelligit ꝓuocatiõe ad tale quid ꝑagendũ sz in differẽter pulsat. secus qñ pulsat ꝑ eũ ad quem ꝑtinet aduocare. ⁊ tali mõ ꝙ oẽs sciunt se vocatos. Et sic intellige ⁊ limita. l. nominationẽ. ⁊ predictam. l. nulli. l. aũt fi. predicta nihil ad ꝓpositũ qꝛ dicit qđ decretũ nõ dz ex tabella recitari. Intelligo ibi tabella. i. tabellionẽ. qꝛ istud non est delegabile. ⁊ sic non facit ad ꝓpositũ. lz bar. exponat tabella pro instrumẽto pulsatili. sz non bñ ⁊ sic tene qđ vz quando sunt pñtes ⁊ quãdo pulsat ꝑ eum q̃ põt vocare. ⁊ tali modo ꝙ intelligant se vocatos. ⁊ sic cõcordat dicta canonistarũ. i. d. c. ij. ⁊. i. c. j. đ ma. ⁊ obe. ⁊ in. d. c. i. causis. si tamẽ cõsuetudo esset vt nihil fieret nisi sint due ꝑtes illam serua. de hoc vide. j. statutum. §. xij. ⁊. xiij.

17 ¶ Quid si aliquis sit in ciuitate vl' monasterio infirm⁹. Rñ. ꝑm ho. ꝙ scrutatores debẽt ire ad eum ⁊ inquirere votum eius sicut vota pñtiũ. qꝛ pñs est qui in ortis ẽ. ff. de ꝓcu. l. j. iũcta. l. v. nec erit necesse ipz in collatiõe. aut alijs q̃ sequuntur requirere. sz sufficit cõsensus i scrutinio habitus ⁊ cõcor. Inn. Posset etiã talis procuratorẽ cõstituere vnũ de collegio cum isto impedimento detineatur vt. s. dictum est.

18 ¶ Utꝝ vno electoꝝ cõtẽpto nec vocato sit irritãda electio. Rñ. ꝙ sic si ipse vult põt etiã ratã habere si vult. c. sicut. e. ti.

19 ¶ Utrum elector possit renũciare voci. sue. Rñ. ꝙ sic qꝛ q̃libet põt renũciare iuri suo. C. de pac. l. si quis in cõscribẽdo. Si tamẽ accedat admittẽdus est in oi. bus que circa ipsam electionẽ faciẽda restant. c. eccl̃ia vestra. eodem. j. Rñ.

20 ¶ Quis dz eligi. Rñ. ꝙ melior non simpl'r. sz q̃ melior erit tali prelatiõi. Unde hier. viij. q. j. licet qui ꝑstantior est ex oi populo q̃ doctior. q̃ sanctior qui etiã in omni virtute eminentior ille eligatur lxiij. di. c. metropolitano. đꝛ optim⁹ dz

21 eligi itellige ꝑm iudiciũ cõscie eligẽtis.

¶ Utrum peccet mortaliter q̃ nõ eligit meliorẽ illi ꝑlationi ꝑm iudiciũ sue conscientie. Rñ. henri. de San. in. iiij. quol. xxx. dicit ꝙ si duo bona preponant vni si cetera sunt paria puta eque precepta eque facilia ⁊ hmõi tenet sub pctõ mortali eligere meli⁹ bonũ. rõ qꝛ eligendo min⁹ bonũ contẽnit bonũ vbi hz ratiõe ꝑfecti. s. maius. ⁊ sic prefert i sua electione defectũ boni ipsi bono. ex quo duo sequuntur absurda.

¶ Primum quod statuit sibi in bono illo minori finem boni in eo ꝙ excludit maius seu ꝙ amplius est in maiori. cõtra ꝙ dicit glo. sup illud. ad phil. Non ꝙ iam acceperim aut ꝑfectus sim Nemo inquit fidelium. ⁊ si multum profecerit dicat sufficit mihi qui enim hoc dicit exijt de via ante finem.

¶ Secundũ absurdum est ꝙ ꝯtẽnendo illđ bonũ qđ est amplius in maiori bono. cũ non fit in eo nisi rõ boni contẽnit in eo bonũ qꝛ bonũ. quare cũ ratio boni ꝯtẽni non possit nisi ꝯtẽnendo primũ ⁊ summũ bonũ. qꝛ omne bonũ ẽ aliqua ratio primi boni. ergo eligẽdo min⁹ bonum cõtẽnit primũ bonum non solũ indirecte sicut q̃libet alius pctõr qui vellet si esset possibile summũ bonũ ⁊ etiã illđ delectabile. Et ꝓpterea ne delectationẽ amittat cõtẽnit summũ bonũ. iste vero nõ sic sed absolute: nõ vult sibi illđ bonũ adesse. ⁊ ita neqꝫ bonuz simpl'r qꝛ bonũ: sed qꝛ hoc. ⁊ sic simpl'r ꝯtẽnit absolute bonũ simpl'r nolens in bono proficere ꝙ est a bono deficere ꝑm Ber. ⁊ ꝑm gl. ad phl'i. iij. Ad ea vero que sunt priora extẽdẽs dicit ad futura merita. quibus si cessaret perderet ⁊ preterita. Sec⁹ sic ex carnali affectiõe qꝛ talis affectio mutat rõnẽ ꝯtẽptus. quoniaz iste qui prefert minus bonũ sine affectiõe nõ cõtẽnit nisi bonũ qꝛ bonum: ꝙ non vult ⁊ ita directe ⁊ ex malitia. Ille ꝟo q̃ ex affectione prefert nõ cõtẽnit bonum qꝛ bonũ. qꝛ bene vellet habere mai⁹ bonũ. tñ propter affectionẽ prefert minus bonum ⁊ contẽnit idirecte mai⁹ bonum ⁊ sic ꝑm exigentiã illius affectionis ⁊ libidinis i ea poterit eẽ ꝯtẽpt⁹ venialis hec ille. Ex hoc ꝯ collige ꝙ q̃ eq̃ facil'r

potest

UVA. BHSC. IyR_213

potest eligere meliorē ad illaz p̄lationē seu officiū si solūmō ideo non elegit meliorē qz nō vult ꝙ peccat mortaliter in quacūqz electione si vero iō non elegit meliorē ꝟm iudiciū sue cōscientie ex aliqua affectione puta qz est sibi inimicus ille. melior est vl' qz minus idoneus ē sibi ⁊ beniuolus ⁊ hmōi: ⁊ tūc distinguēdū est an electio sit d̄ maiori dignitate puta papatu ep̄atu: ⁊ idē de oībus curā aiarū habētib⁹ ⁊ sic peccat mortal'r ar. c. nihil de elec. si vero fit de alijs electionib⁹ erit pctm̄ veniale. dūmō sit dignus hoc est nō habeat aliqd̄ canonicum impedimentuz. his videtur ꝯcordare Ttho. vj. quol' q. vj. licet obscure qz ibi dictis opz addere q̄ dicit d̄ acceptione p̄sonarū nec ob. qd̄ dicit̄ in. c. cū olim. c. cū dilecti ⁊ c. cū iter canōicos. et ibi gl. e. ti. ꝙ sufficit sit dign⁹ qz. rñ. Th. vbi. s̄. ꝙ ista intelligūtur quo ad forum cōtēsiosum in quo non reprobatur electio dūmodo sit dign⁹. Si aūt eligit indignum in ecclesiasticis sic est mortale. In tēporalib⁹ vero non credo mortale nisi i maiorib⁹ dignitatibus puta dñio in alijs aūt officijs nō nisi sit talis q̄ eligitur ꝙ ex eius electiōe sit secuturū aliquod notabile danduz in illis quibus habet exercere tale officium vt qz tabellio qui nescit dictare instrumēta vel iudex qui nescit dare sententiā ⁊ hmōi.

22 Utrū eligentes incognitū saluent consciētiā. Rñ. pa. i. c. bone memorie el. ij. de postu. p̄la. ꝙ non p tex. ibidē q̄ vult vt plenā habeāt notitiam. Limito hoc vel per se vel per eos cū quibus cōuersatus est. c. scriptū est eodem

23 ¶ Que sunt canōica impedimēta. Rñ. reducuntur ad. viij.

¶ Primum si est malus et male vite. vnde Dio. in epl'a ad demophilum monachum. Qui non est gratie illuminatus non est iste sacerdos. sed inimicus dolosus delusor sui ipsius ⁊ lupus contra dominicū populum pelle ouina armatus. hec ille. ⁊ hoc dicit Tho. vbi. s̄. ꝙ exñs in peccato mortali est indign⁹ ad prelaturā ecclesiasticā ⁊ officiū spirituale exequēdū. ¶ Scd̄m si est excommunicat⁹ maiori excōmunicatiōe. c. cōstitutis el. j. de app. ¶ Tertiū si est excōmunicat⁹ minori excōmunicatione. c. fi. de cle. excōmuni. ¶ Quartū si est suspēsus vel iterdict⁹ aut iterdictū nō seruauit. c. j. d̄ postu. p̄la. c. cū dilect⁹ d̄ cōsue ¶ Quintū si nō est legitime natus etatis debite ⁊ literature cōueniētis vt in c. cū in cūctis eo. tit. vel habet aliquod de alijs impedimētis circa ordināduz de quibus vide. j. ordo. iij. ¶ Sextuz si semel propter viciū persone fuit reprobatus. ca. super eo. eo. tit. Secus si cassata fuit electio propter vitiosum processuz. c. innotuit. eo. titu.

¶ Septimum si est ep̄s qz nō potest eligi ad aliaz dignitatē sed debet postulari. c. fi. de post. p̄la. ¶ Octauū in aliqua religione nō pōt eligi expresse nō p̄fessus i ea. c. null⁹. e. ti. li. vj. ⁊ cle. cū rōni. e. ti. i ep̄z tñ pōt eligi nouitius. d. c. null⁹.

¶ Utrum electio de tali habente aliqd̄ predictorū impedimētorū sit nulla ip̄o iure. Rñ. ꝙ sic excepto i habēte primū ipedimentū ⁊ tertiū qz est cassanda. vt patet in. d. c. fi. de cle. ex mi. ⁊ electores sunt priuati ipsa vice electiōe ⁊ suspēsi triennio ab ecclesiasticis beneficijs ipso facto vt. in. d. c. cum in cunctis. 24

Quomodo dz fieri electio. Rñ. ꝙ tres sunt forme a iure nobis tradite: vt i. d. c. qz pp. e. ti. ⁊ iō electio q̄ nō fit ꝟz vnam ipsarū est nulla ip̄o iure. vt ibidem. 25

¶ Prima dr̄ forma scrutinij i qua req̄rūt̄ ista de necessitate. aliter esset nulla electio. ¶ Primū ꝙ oēs q̄ debent esse et volūt congregent̄ penitētialiter simul. ¶ Scd̄m ꝙ ab ipsis assumant̄ tres de collegio ⁊ deputēt̄ ad ꝟuāda vota oim d̄ collegio. ⁊ nō sint nec plures nec pauciores ꝟm cōmunē opi. Posset tamē teneri opi. Uincē. ⁊ Tācre. i. d. c. qz ꝓpter qñ i collegio essent pauci qd̄ sufficerēt duo ⁊ quādo nō essent diuisi duo sufficeret vnus vocatis testibus ꝟm Inno. ⁊ plz Pau. in. d. c. qz ꝓpter. tenēt ēt aliq̄ ꝙ si p̄dicti tres nō essent de collegio eligentiū nō esset inualida electio: sz cōis

UVA. BHSC. IyR_213

opi.tz ꝙ opz sint de collegio al'r sit nul
la ⁊ cōuenit magis lr̄e. ¶ Tertiū ꝙ isti
tres exq̄rāt vota singulorū i secreto.s.
ab alijs de collegio qz bñ possent esse
alij testes q̄ non sunt de collegio dūmō
nō sint tales q̄ possēt timorē icurrere eli
gentib⁹: qz tūc possent refutari sicut ⁊
scrutatores si tales essent vl'aliq̄s ipso
rū. ⁊ eēt iusta cā appellādi ꝑm pa.i.d.c.
qz pp. Quartū ꝙ ista iq̄sitio fiat sigilla
tim nō bini vl'trini sunt vocādi. ¶ Qui
tū ꝙ vota oiz exq̄rāt qz si vn⁹ ꝯtēneret
nō valeret. ¶ Sextū ꝙ scribāt vel ꝑ sei
psos vl'ꝑ tabellionē vota oim. ¶ Septi
mū ꝙ mox postq̄ fuerint in scriptis re
dacta vota oiz publicēt i cōi ibi d̄t gl.
mox.s.icōtinēti nullo actu ꝯrio ir̄misso
post vota scrutata ⁊ scripta ⁊ vno con-
textu. ¶ Octauū ꝙ facta publicatione
fiat collatio nūeri ad nūeꝝ meriti ⁊ zeli
ad meritū ⁊ zelū. ¶ Nonū ꝙ facta col-
latione fiat electio ꝑ vnū de capl'o noie
capl'i ⁊ ꝑ v̄ba singularis nūeri.vt i.c.si-
cut.e.ti.li.vj.dicat sic. Ego. N. noie meo
⁊ oim vr̄z q̄ mecū i ip̄z ꝯsensistis eligo.
N. i ep̄z ⁊c. vel si ipse eligēs non ꝯsensit
dicat noie oiz vr̄z q̄ i ip̄z ⁊c. ¶ Decimū
ꝙ electio fiat de eo in quez maior ⁊ sa-
nior ꝑs toti⁹ capl'i ꝯsensit ⁊ sanior p̄su-
mit̄ sꝑ maior ꝑs.c.dudū.e.ti.⁊ i.c. eccle
sia vr̄a.e.ti.dr̄ vbi maiorē nūer⁹ zel⁹ ma
ior p̄sumit̄. ¶ Undecimū ꝙ dicta ele-
ctio solēniter ⁊ publice denuncietur.
¶ Duodecimū ꝙ ꝑuet̄ ordo oiz p̄dicto
rū successiue sicut enumeraui: al'r si p̄-
posteret̄ nihil valet. Adducūt aliq̄ mlta
alia q̄ dicūt fore de substantia hui⁹ for-
me.sz cōiter nō tenet̄ nisi d̄ supradictis
Ex quib⁹ pz ꝙ diffcilis est ista forma in
qua multi ⁊ docti deficiūt ignorantes
practicā.vt dicit gl.i.c.cū expediat libr.
vj.e.ti. Dico ēt ꝙ est periculosa religio-
sis.⁊ illis q̄ viuūt simul qz cū intelligūt
aliquos nō dedisse voces mō quo vo-
luissent concipiunt aliqui passiōes ⁊ se-
pissime eligētes aliquo humano respe
ctu nō eligūt ꝑm iudicium conscientie
Unde tex.in.c.vbi periculum in.§. cete
rū de electio.lib.vj.dicit cū arbitriū vel
inordinat⁹ captiuat affect⁹ vel ad cer-
tum aliquid obligationis cuiusq̄ neces
sitas adicit cessat electio dum libertas
adimit̄ eligēdi hoc ibi.⁊ ꝓpterea ē alia
forma securior ⁊ expeditior q̄ sequitur
¶ Secunda forma dr̄ forma ꝯpromissi. 27
vt.d.c.qz ꝓpter.s.cōmittēdo aliquibus
iuris idoneis potestatē eligendi. Ista
aūt ꝯmissio siue istud cōpromissum po-
test fieri dupliciter. ¶ Prio limitate. scz
vt cōpromissarij teneātur eligere illuz
in quē maior pars totius capl'i. scruta
tis votis oim de capl'o sigillatiz ⁊ secre
te ab ipsis ꝯsenserit. ⁊ ista ē forma de q̄
in.c.cū dilecti.eo.tit.⁊ in.c. cū expediat.
eod.tit. li.vj.⁊ ista est melior omnib⁹ for
mis: qz electores nō abdicāt a se ptātē
nominationis.⁊ ad istā formam nō re-
quiritur de necessitate nisi p̄mo ꝙ ꝯpro
mittētes sint simul cōgregati ⁊ omnes
qui debēt ⁊ volunt interesse. ¶ Secun-
dū ꝙ ꝯpromittāt in vnū vel duos tres
aut quot volūt siue sint de collegio vel
non dūmō sint clerici non laici.c.cū con
tingat.de arbi. ¶ Tertium ꝙ cōproms
sarius vel ꝯpromissarij scrutātur vota
singulorū secrete ⁊ sigillatim. ¶ Quar-
tū ꝙ eligat illum in quem maior pars
totius capl'i consensit dicendo. Ego.
N. compromissarius de consensu ⁊ vo-
luntate compromissariorum meorum
si habet alios virtute compromissi in
nos facti eligo i episcopū. N. i quē ma
ior pars totius capl'i consensit. Et si in
prima scrutatione non consensit maior
pars totius capl'i replcare debet tā in
ista quam in prima forma scrutinij do-
nec consentiant in aliquem. cap. cum
terra.eo.⁊ si dubitarent aliq̄ de fraude
compromissarij possent eligentes quili
bet ipsoꝝ sigillatiz facere fieri tres vel
duas cedulas in quaruz qualibet esset
scriptuz nomen alicuius qui est in opi-
nione eligendi.⁊ ipsis acceptis a cōpro
missario ponat vnam de predictis ce-
dulis in qua sit scriptum nomen illius
quē vult noiare i aliq̄ scatula q̄ sit corā
ꝯpromissario quibus a quolibet sic posi
tis tūc ꝯpromissarius corā om̄ibus ex-

UVA. BHSC. IyR_213

trahat oēs dictas cedulas ⁊ postea eligat illū i quē maior ps totiꝰ capli ꝯsensit ⁊ sic cōpromissarius nō poterit scire q̄s dedit vocē isti vel illi nec fraudē facere. Et ad seruandā istā formā sicut ⁊ primū sufficit ꝙ maior ps totiꝰ capli cōsentiat ꝟm lapū quā sequit Ge.iu.d.c. cū expediat: qꝛ nulli fit p̄iudiciū. cū q̄libet noiet que vult fit scdo cōpromissuz simplr scz. vt cōpromissarij eligāt quē voluūt. ⁊ isto mō nō pōt fieri nisi oēs cōsentiāt alꝰ vno ꝯdicēte nō valeret. ꝙ si oēs cōsentiūt nō req̄rit nisi vt eligant sic. Ego .N. cōpromissariꝰ de cōsensu cōpromissarioꝝ meoꝝ ꝟtute cōpromissi in nos facti eligo in ep̄m. N. ⁊ si p̄dicti nō elegerit vel maior pars ip̄oꝝ elegerit indignū sciēter electio deuoluit ad capitulum ꝙ in eos compromisit.

28 ¶ Tertia forma dicit forma cōis ispiratiōis ad istā formā req̄rit prio ꝙ oēs ꝯueniāt in vnā ꝑsonā qꝛ si vnꝰ nō ꝯueniret nō eēt ꝑ inspirationē. ij. ꝙ fuerit facta sine vicio symonie vel alicuiꝰ tractatꝰ spālis i quo noiet certa ꝑsona sz tractatꝰ generalis ꝑ bono p̄lato i genere bene cōcedit ꝟm Jo.an. sed nō spiritualis qꝛ sic esset ꝑsuasio nō inspiratio.

29 ¶ Utrū supradicte forme sint seruāde in oi electiōe. Rñ. Pau.in.d.c. qꝛ ꝓpter ꝙ nō. sz solū habēt locū in electiōibus ep̄oꝝ. ⁊ alioꝝ p̄latoꝝ eccl̄iaꝝ collegiataꝝ q̄ hn̄t gn̄alē iurisditionē. qd̄. pz ꝑ c. ne ꝓ defectu eo. vbi p̄latos appellat cathedraliū ⁊ regulariū eccl̄iaꝝ in electiōibꝰ aūt alioꝝ beneficioꝝ a supradictis. sufficiūt singulares cōsensus illoꝝ de capl̄o dūmō p̄stent in capitulo nec ē necesse seruare aliq̄ formā istaꝝ. sed electꝰ simplr a maiori ꝑte ⁊ sauiori habebit ius. vt in glos. c. si cui. eo. li. vj.

30 ¶ Utrū electꝰ teneat ꝯsentire. Rñ ge. i c. si electio. eo. li. vj. refret Arc. dicētē ꝙ sic alias peccat mortaliter: si putat se dignū ad prelaturam ⁊ illā sibi oblatam nō acceptat. viij. q. j. in scripturis quod credit veꝝ Jo an. quādo nō est eq̄. idoneꝰ ꝑ quē illi eccl̄e possit ꝯsuli. ego ꝟo dico cū. Ric. in. iiij. quol. q. xxj. ꝙ in tribus casibus tenet cōsentire sub pena mortalis peccati. ¶ Primo quādo a superiore ꝑ obiam cogeret de renū. c. nisi cū p̄dē. ¶ Scdo quādo ꝟm iudiciū sue cōscie videt sibi verisimiliter ꝙ non est q̄ velit ⁊ possit salutem aiaꝝ ꝓcurare quā ipse posset ⁊ hic videt ꝓbabilt ecclesie imminere notabile dispēdiū ⁊ ꝑiculū nisi assentiat. d. c. in scripturis. ⁊. c. oliz eadē cā. ij. q. Fallit hic in religioso qui si ꝯsentiret electiōi de se facte extra suū monasteriū sine lnia sui supioris petita ⁊ obtēta ip̄o iure electio eēt nulla: quā lniaz solꝰ p̄latꝰ sine cōsensu capituli sui potest dare. c. si religiosus de ele. li. vj. Similiter fallit in predicatoribus minoribꝰ ⁊ alijs mēdicātibꝰ q̄ etiā de lnia suoꝝ p̄latoꝝ electiōi postulationi ꝓuisioni seu vocatiōi extra administrationē sui ordinis in discordia celebrate cōsentire nō possunt aliter est irritū ⁊ inane. c. quorūdaz. eo. li. vj. ¶ Tertio peccat mortalr quādo ꝑ viā illicitā refugit. puta abscindēdo se. nisi ex spāli instictu spūssancti. Si aūt nō cogit ꝑ obiam nec imminet ꝓbabile periculuz ecclesie si refugit ꝓpter pigritiam per viam licitam peccat venialiter. Si vero per humilitatem reputans se indignum sic meretur.

¶ Infra quod tp̄s tenet cōsentire electꝰ. Rñ. j. mensem a die presentationis electionis. aliter est nulla ipso iure. nisi supioris requiratur assensus. c. q̄. sit de elec. lib. vj. Quid si electio tenuit de iure naturali puta qꝛ iteruenit cōsensus eligētiū sed nō tenuit de iure qꝛ obmissa fuerunt substantialia iuris. Rñ. ꝟm Inn. quē sequnt cōiter doc. in. c. ꝙ sicut de elec. ꝙ electꝰ si est confirmatus est verꝰ p̄latꝰ ⁊ non tenetur resignare. 51

Eleemosyna scdz sanctū Bona. i. iiij. di. xv. parte scda articulo. j. q iiij. accipit communissime secundum quod comprehēdit omne opus misericordie impēsum siue proximo siue sibi iuxta illud eccl̄iastic. xxx. Miserere aīe tue cōmuniter secundum ꝙ importat oē pie

UVA. BHSC. IyR_213

tatis op⁹ impēsum ꝓximo cotpale siue
spūale ꝓpter ꝙ ꝫ ꝫm ꝙ importat opus
pietatis impēsum ꝓximo ad reuelāda
idigētia cotpalem ꝺicit ab eleo ꝙ est
ꝫbū. grecū qō idem est qō misereor cu
ius imperatiuus est eleyso. ſ. miserere
a quo eleos. ſ. misericordia. ꝛ ideo de
bet dici eleemosyna. non elea vel elia.
¶ De notatis i hoc. §. ꝛ ꝙ valet i rede
ptiōne pctōrum no. Bart. i. l. ſ. in. iij. q.
vj. q. princ̄palis. C. de sac. ſan. eccle. et
q̄bus fieri debeat no. in. l. p̄mo legis eo.
ti. ꝛ de quibus bonis no. Bar. i. l. fi. ff. re
rū. amo. ꝛ flo. in. l. mulier. ff. ad. l. acqui.

1 ¶ Utrū eleemosyna cadat sub p̄cepto.
Rñ. ꝫ Ri. i. iij. di. xv. ar. ij. q. ij. ꝙ sic sub
p̄cepto legis nature ꝓtia Jo. ij. q habue
rit substātiā hui⁹ mūdi ꝛ viderit fratrē
suū necessitatē habere ꝛ clauserit viscē
ra sua ab eo q̄o charitas dei manet in
eo. ꝛ legis diuie. Mat. xxv. Esurui ꝛ nō
dediſtis mihi mādūcare ꝛ legis cano
nice. lxxvj. di. nō satis. ꝛ. vij. q. j. ois. sed
qz p̄ceptū ē affirmatiuū nō obligat nisi
p loco ꝛ tpe. ꝛ ī ꝑsidera da ē facultas
hñtis ꝛ iopia idigētis. si ergō hz aliq̄d
qō nō sit necessariū subsistētatiōi sue na
ture nec illoꝝ q̄b⁹ tenet ꝓuidere sicut
sunt vxor filij seruꝰ ancille p̄ ꝛ hmōi ꝛ
sit tanta necessitas ꝙ imminēat signa
pbabilia extreme necessitatis i paupe
tūc tenet de p̄cepto. Si ꝫo hz aliq̄d sup
fluū nō solū subsistētatiōi nature. ſz etiā
ꝓueniētie sui statꝰ tenet de illo face
re eleemosynā etiā si nō inuenirēt tales
q̄ ēent necessitate ꝓtita. Et si plures oc
currēt q̄b⁹ oib⁹ nō posset subuenire te
net ceteris pib⁹ illi q magis indiget.
Si ꝫo nō hz vltra cōuētiā sui statꝰ nec
est q̄ sit in extrema necessitate nō tene
tur de p̄cepto concor. Tho. ij. ij. q. xxxij.

2 ¶ Quid dz ꝓponi i eleemosyna. Rñ. ꝙ
ipemet de de sui de de noti. demū boni
dei de extranei de quo vide textū pul
chrū in. c. nō satis. lxxxvj. di. ꝛ. tex. cum
gl. i. c. quiescam⁹. xlj. di. q̄ q̄dē iura i tel
lige ceteris pib⁹ vt dictū ē qz posset eē
extraneꝰ i tā arta necessitate q deberet
ꝓponi noto ꝛ cōiūcto q nō est i tali sed
pater malꝰ debet ꝓponi cuicūq bono
in equali necessitate ꝓpter p̄ceptū dei.

¶ Utrū deputatꝰ executor ad distribuē 3
dū certa bona pauperib⁹ possit distri
buere iter suos ꝓsanguineos. Rñ. pa.
i. c. j. ō cohā. ꝛ cle. ꝛ mulie. ꝙ sic. nā cleri
cus pōt in pauperes cōsanguineos de
reb⁹ eccleſie dare q̄ est distributor. vt in
d. c. j. ꝛ. xvj. q. j. c. ſi sic ꝛ plat⁹. ar. in. l. ſi
mandaureo. §. ſi tibi cētū. ff. mādati. Si
bi aūt nō pōt distribuere. vt. in. d. §. ſi ti
bi centum.

¶ Utrū ei q̄ pōt laborare sit dāda elee 4
mosyna. Rñ. ꝙ non ar. §. ſ. lxxxij. di. ij. c.
eps. ꝙ vex. itellige qñ p laborē sibi pōt
ꝓuidere. ꝛ sic limita. l. vnicā. C. de. mēn
di. va. de quo. ſ. colonus.

¶ Utrū sit dāda peccatorib⁹. Rñ. qō. sic 5
vt i. d. c. q̄escam⁹ ꝛ. j. q. ij. ꝫ pio nisi qñ
ꝓpter securitatē cibi negligeret instru
ctiā. qz tūc subtrahēd⁹ est. v. q. v. nō ois.

¶ Quis pōt facere eleemosynā. Rñ. ꝙ 6
q̄libet q̄ pōt donare. de q̄b⁹ dictū est. §.
donatio ꝓtio. ꝛ etiā q̄ aliq̄d nō ꝓnt do
nare sicut monachi filij. ꝛ hmōi q̄ sūt
i ꝓtate alteri⁹ vt seruꝰ q̄ i quatuor casi
bus possunt facere eleemosynā. ¶ Pri
mus existēti in magna necessitate pos
sunt facere eleemosynā quando nō est
ꝑs vt possint habere recursum ad su
periorem. vt no. pa. in. c. ſi quis. de furtis et not. glo. in. c. non. dicatis. xij. q. j.
¶ Scōs qñ p̄dicti de lectia suoꝝ supio
rū pegrinant vel sunt i scholis qz pnt
facere eleemosynas q̄s alij honesti
peregrini ꝛ scholares ꝓiter faciūt. ar. l.
vj. C. ad mace. ꝛ. l. ſi lōgi⁹. ff. ō iud. ꝛ. l.
. ff. de mr. oim iud. ꝛ. c. ꝓtera de officio
dele. Facit gl. i cle. ij. §. pe de vita ꝛ ho.
cle. ¶ Tertius qñ videt aliquem in ex
trema necessitate etiaz ꝫ supioꝝ phibi
tionē possunt ei eleemosynā dare. quia
tūc sit oia cōia iure diuino imo tenent
ꝫ Ri. vbi. §. q. vj. ꝛ gl. xij. q. j. in. c. nō di
catis. ¶ Quartꝰ possunt de volūtate ex
pressa vel presumpta vt puta qz admi
nistrationē a suis superioribus cōmis
sam. ar. ff. de dona. l. filiusfamilias. §. ſ.
¶ Quid de vxore nūq̄d pōt. Rñ. ꝙ ii h. 7

UVA. BHSC. IyR_213

bet bona pafrenalia aulli dubiū est ꝙ pōt qꝛ sua sunt de q̄bꝰ dic vt.j.pafrenalia. Si ꝟo nihil hꝫ p̄ter dotez nō pōt facere eleemosynā.xxxiij.q.v.ꝙ do. nisi i viij.casibus.primus.scd̄s.tertiꝰ.ꝛ quartus.sunt de quibus.s̄.in precedenti dixi.ꝙ filij possunt. ¶Quintꝰ si cōsuetudo loci ita hꝫ ꝙ vxores de pane ꝛ vino ꝛ hmōi faciant eleemosynas qꝛ cōsuetudo dat iurisditionē.ꝛ lꝫ viri aliquādo ꝓhibeant debet sibi formare cōscientiā ꝟm Rodo.ꝛ Ja.de lau.i summa ꝙ ideo faciūt ne nimis dent sꝫ tēperate. ¶Sextus quādo vtiliter gerit negociū viri. puta qꝛ videt virū crudelē ꝛ sceleratū.ꝛ vt deus suspendat irā vel eū illuminet dat moderatas eleemosynas occulte. ꝟm Rod. Nam propter eleemosynas deꝰ suspēdit flagella.vt.xvj.q.j. reuertimini ꝛ ideo bn̄ facit mulier dādo eleemosynas occulta sine scandalo viri vt deꝰ eū adiuuet.Facit.l.soluēdo.ff.denego.ge.cū si.ꝛ meliꝰ exēplū ebigail primi Re.xxv.q̄ liberauit virū a morte ꝓpter panes datos dauid cōtra volūtatē viri sui. ¶Septimꝰ si vir assignauit sibi certū q̄d ꝓ victu ꝛ ip̄a abstinet vt inde eleemosynā faciat quia suū videt. ¶Octauꝰ si mulier ē lucrosa puta qꝛ exhibita gubernatiōe domꝰ ꝛ familie lucrat̄ ꝛ opibꝰ suis.nec itelligo deducēdas expēsas victꝰ qꝛ vir tenet̄ eā alimētare ꝓpter dotē vt dictū est.s̄. Dos ꝛ ēt ꝓpt̄ obsequia ab vxore exhibita de hoc tn̄ vide.j.Uxor.§.ij.ꝛ qd̄ possit de lucro facere eleemosynā tꝫ sctūs Tho. ꝛ Ri. i.iiij.di.xv. ꝛ cōiter sūmiste sequuntur hoc cū theologis vt Ja. de lau.i sūma Distingue tn̄ sic qd̄ aut lucrū ē necessariū sustētatiōi sue ꝛ viri.ꝛ sic nō pōt facere eleemosynā:qꝛ magis tenet̄ sibi et viro q̄ alteri. Si ꝟo lucrū superabundat sic potest ꝛ idem dic de parafrenalibus.vide.j.Uxor.§.ij.

8 ¶De quibꝰ dꝫ vel potest fieri eleemosyna.Rn̄.vt colligit̄ ex canonistis.j.q.j. in.c.nō est putanda ꝛ.xiiij.q.v.in glo.ꝛ per theologos in. iiij. di.xv. quod pōt fieri de omni re que est propria ipsius dantis ꝛ que nō est obligata restitutioni alicui certe persone siue licite sit acq̄sita siue turpiter. Quando aūt sit restitutioni obligata. vide.j. restō primo et vsura ꝛ i multis alijs ti. Limita etiā in rebus ꝓprijs ꝟꝫ Ri.s̄.q.v.dūmodo nō sint necessaria ad sustentationē nature sue ꝛ suorum qꝛ ordine charitatis magis dꝫ se diligere q̄ alium nisi esset talis ꝑsona de cuiꝰ morte immineret notabile nocumentū rei publice ꝛ ꝓfectui aiarū qꝛ tūc esset perfectionis non necessitatis de tali dare eleemosynam.

¶Quot sūt gn̄a eleemosynaꝝ.Rn̄.tria vt dꝛ i.c.tria ꝛ.c.due.xlv.di. ¶Primum corporale. ꝛ hoc ꝯsistit in opibꝰ misericordie corpalis q̄ sūt pascere esurientē potare sitiētē vestire nudū hospitem recolligere ifirmū visitare redimere captiuū mortuū sepelire.vn̄ ꝟsus visito. poto.cibo.redimo.tego. colligo. cōdo. 9

¶Scd̄m ꝛ tertiū genus est spūale s.remittere iniuriā ꝛ corrigere delinquētē vt.i.d.c.tria.adunt̄ alia q̄nq̄.s.cōsulere dubitātē.ꝯsolari tristē supportare onerosos docere ignorātes orare ꝓ olbꝰ de q̄bꝰ.j.Mia.§.j.Et q̄ sint digniores. vide.Ri.vbi s̄.q.iiij.ꝛ.q̄.Satisfactio.§.ix.

¶Aduerte ꝙ dare eleemosynā intētione subleuādi necessitatē ꝓximi est opꝰ misericordie.sed dare intētione recompēsandi ꝓ debito diuie.offense sic ē opꝰ iustitie.ꝛ sic est satisfactoria ꝓprie. ꝛ ꝑtinet ad meritū dimissiōis pene.sꝫ primo modo pertinet ad meritum vite ꝟm Jaco.de lau.in summa. 10

¶Utrū pauꝑibꝰ cōpetat aliq̄ actio cōtra diuites vt eis subueniant.Rn̄. Pa.i c.si q̄s de fur.ꝙ nō sꝫ bene pn̄t iplorare officiuꝫ iudicis seu supioris vt eos cogat ꝛ eccl'ia pōt eos cogere.vt no.gl.i. c.sicut hi.xlvij.di.ꝛ ar.in.c. nullꝰ laicꝰ. de iu.pat.ꝙ limita verū quādo sunt in tali necessitate ꝛ diuites i tali habūdātia ꝙ tenent̄ eis facere eleemosynā de precepto alias non. 11

¶Utrū q̄s possit furari vt faciat eleemosynā.Rn̄.ꝙ nō qꝛ nō sūt faciēda mala vt veniant bona.xiiij.q.v.forte. 12

UVA. BHSC. IyR_213

Emācipatio

Est rēlaxatio patrie potestatis corā iudice cōpetēte volūtate p̄ris ⁊ voluntate filij cōcurrēte. ⁊ i vtriusq; p̄ntia dicta ex eo ꝙ extra manū.i.ptāte p̄ris ponit̄ filiꝰ elicit̄ hoc.ex.l. nō nuda.C. de emā.li.quod ibi no.⁊ insti. quibus modis ius pa.po.sol.§.preterea.

☞ De emācipatiōe ⁊ ꝯtētis in hoc.§. ⁊ de q̄bꝰ fiat no.Bal.i.l.vt liberis.C. de colla.Bar.in.l.quedā cū filiū.ꝙ fit de filio nō de extraneo.⁊ i aut̄ de successiōe. C.de suis ⁊ legi.vbi an tollat agnationem ⁊ in.l.j.§.diui.lo.ij.ff. ad sylle.

1 ¶ Quis potest emancipari.Rñ. infans de speciali licentia principis.

2 ¶ Utrū teneat̄ p̄r emācipare filiū. Rñ. nō regularit̄ q̄ pria ptās iextimabilis est.ff.de le.j.l.filiusfami.§.vt q̄s heredē Similiter nec filius pōt ꝯpelli vt emācipet̄ a patre.limita nisi ex cā. ſm Bar. i.l.quidā cū filiū.ff. de ver.ob. lꝫ aliter dicat glo.insti.q̄.mo.ius pa.po.sol.§.fi. nā in his q̄ sunt volūtarie iurisditiōis nō potest quid fieri altero inuito. vt in aut̄.quibus mo.natura.effi.sui.§.si vero Fallit hoc prio si pater male afficit filiū verberibꝰ ꝯ pietatē. Itē si cōpellit eū peccare corpus suū. Itē si filiꝰ est arrogatꝰ ipubes ⁊ pubes factꝰ ꝓbat nō sibi expedire esse arrogatū. Itē si pater agnouit sibi relictū legatum vt emāciparet filiū q̄ in istis casibus tenet̄ pater eū emācipare.vt no.Azo in summa C.de emāncipa.lib.

3 ¶ Utrū datū a patre filio ꝓ p̄mio emācipatiōis ſm cōsuetudinē vt.l. vt liberis.C.de col.bo. sit cōicādū cū alijs fratribꝰ.Rñ.ꝙ sic sed cū alijs nō cōputabitur in legitima nisi pater hoc dicat expresse vt.l.si quando.C.de inof.testa.

Emphiteosis

dicitur ab em. i.in ⁊ sitos.i.fides ⁊ thesis id est positio: q̄ res fidei accipiētis cōmittit̄ vel d̄r melioratiōis ꝯctꝰ siue datio ad liuellū.⁊ est mediꝰ ꝯctꝰ.inter locationē ⁊ vēditionē de quo vide gl.in.c.potuit de locato. Unde emphiteoticarius vel emphiteota est qui accipit rem immobilē perpetuo ⁊ hereditario iure colēdā.vel meliorādā.vel ad tp̄s puta scd̄am vel tertiā generationē vt in aut̄.de non alie .§.emphiteosim. Et quomō contrahit̄ no.in.l.j.C.de iure emphiteo.

☞ De cōtētis in hoc.§.⁊ q̄d sit emphiteosis ⁊ vñ dicat̄ not.Bal.in.l.liber.col. pe.C.de ope.liber.⁊ i rub.C.de iure emphi.Bal.i.l.ij.C.de rescin.vēdi.⁊ in quo differt a locatiōe no.i.l.j.⁊.ij.ff. si ager ve.⁊ i.l.si vt certo.§.si duobꝰ.ff.cōmoda

¶ Utrū ꝯctus emphiteoticus differat a ꝯctu cēsuali.Rñ.ꝙ sic q̄ ꝑ ꝯctū emphiteoticū transit solū vtile dñium.vt in.l. j.§. qui in ꝑpetuū.ff.si ager vecti. Sed per cēsualē trāfert̄ nō solū vtile.sed ēt directū ⁊ fit qñ dicit̄ cōcedo tibi talē rē ⁊ trāsfero in te q̄cq̄d iuris habeo in ea ⁊ soluit̄ annuatim certus cēsus.tex. est singularis.in.c. cōstitutꝰ iūcta gl. de reli.do.⁊ etiā si dicat̄ ꝯcedo tibi talē rē in emphiteosim ꝑpetuā trāsferēdo in te q̄cq̄d iuris habeo in illa pro certa annua pēsione erit ꝯctꝰ cēsualis casus est singularis in.d.c.cōstitutꝰ. ⁊ illa verba in emphiteosim imꝓpriant̄ vt i.l.si vno in prin.ff.locati.⁊ in isto cōtractu nō habet locū.c.pena. potuit. de locato.⁊ .l. ij.C.de iure emphi.

¶Sed q̄d de ypocrita q̄ sub forma boni xp̄ani vel religiosi cū nō sit eleemosynas acq̄rit. Rñ. fz Inn. c. i. c. qz plerīq; ō immu. ec. q tenetur ad restitutionē non forte illi q̄ dedit qz mercedē suā iam est consecutus. Sz tu dic cū Hz Jo. de Rip. in ℨctibus suis qō aut talis dans eleemosynā vl' quid aliud erat in p̄sona puta qz credit dare Ticio et dat dyonisio. Dynus tenetur ei restituere vel illi cui intēdebat dare. Aut errat in fortuna puta qz dat diuiti credēs dare pauperi. et sic talis recipiēs tenet ei q̄ dedit vl' pauperi restituere nisi ipse recipiens effectus fuisset postea paup. Aut errat i cōditiōe altera puta credit dare Sctō. vel celebraturo. t hmōi. t tūc si ꝓditio nō inest recipiēs tenetur restituere vel satisfacere p se vel p aliū fm intentionē dantis. Alij dicūt verū hoc si datū est p̄cise tanq̄ ex cā finali pp illō sicut si daret sic exprimēdo secus qñ dat qz sic credit. qz tūc nō tenetur sicut si darē tibi. qz credo sis amicus meus cum tamē nō sis quia non teneris restituere et magis placet quia vt dicit. l. si repetenti. C. de condi. ob. cau. da. Cōditio in corde retenta nō inducit repetitionem maxime in casu isto quia vt supradictum est talis dans illi qui credit sanctum licet non si tam habet mercedez suam ꝓ qua dedit. s. ꝓ deo qui indicabitur causa finali ex quo aliud nō est expressum. Et ex ꝑdictz patet q̄ isti questores qui faciunt se talis religiōis cum non sint. t qui promittunt dicere multas missas cum non dicāt. t q̄ nutriūt multos infirmos vel redimunt captiuos cum tamen non faciant q̄ teneantur ad restitutionem vel illis qui dederunt vel ꝓ quo dederunt quia ex quo petunt ꝓ tali causa dantes intelliguntur dare ꝓ eodē si aliud non exprimunt. Nec ob. d. l. si repetēti. qz satis cā ē exp̄ssa ex quo petūt ꝓ ea. Secus de illo q̄ petit ꝓ deo. hz fingat se sanctū. t ille nō daret si sciret eum nō fore sanctū. qz causa ꝓ qua accipit est sol⁹ deo licet secundaria. Sanctitas ficta. i. nō attenditur. sed causa principalis.

¶Tutor quomodo teneat. vide Administratio. H. j.

¶Uendentes rem plus iusto ꝓcio. quō teneantur. vide ēptio. H. vj.

¶Uenatores dantes damnum in agris q̄n teneat. vide venatio. H. ij. c. iij.

¶Uisitator a visitatis recipiens aliq̄d quando teneatur. vide visitator. H. iij.

¶Usufructuarius quando teneat. vide usufructus. v. H. vij. c. xij.

¶Usurarius mētalis. Utr teneatur restituere id q̄ est sibi datū a mutuo recipiēte vltra sortē. Rñ. q hz doctores, sint Frij. In hoc tñ eos p̄cordādo sic distinguo videlz q̄ aut mutuū accipiens dat liberaliter credēs mutuantē hoc nō exigere aut velle. t sic non tenetur restituere de necessitate. t isto mō intelligenda est opi. Ric. in. iij. d. xv. q. v. ar. v. t Sco. ea. distin. Alex. lō bar. t Car. in. c. consuluit. c. l Cle. ex graui de vsu. quitenēt q̄ non tenetur restituere. Et facit ꝓ hoc tex. in. l. iter oēs. H. recte. ff. de fur. Ubi ōr contractans rem credens inimicz dñm committit furtū: sed furto non est obligatus si dñs erat. Volens ad idem facit in stit. de obli. que ex quasi delic. nasc. H. placet in fi. nec ob. l. si ego. la. j. ff. si cert. pe. Ubi dicitur qō si voluit tibi rē donare. t tu credebas eā tibi mutuo dari nō efficit tua aīa cōsumptionē qz in hoc casu intentio recipientis. t cōcedentis discordat sed in casu predicto concordant quia ille liberaliter dat. t iste scit se liberaliter datuz recipe. Item non ob. ratio Jo. an. in mercurialibus regula peccatum. qz contractus a principio fuit vitiosus. t iō effectus similiter qz verū esset. si effectus procederet a dicto contractu

UVA. BHSC. IyR_213

si effectus procederet a dicto cōtractu. sed nō est verū sed ꝓcedit ab alio.s.libera donatiōe qua ille donat.⁊ iste donatum liberaliter recipit aut mutuū recipiens nō dat liberaliter. Sed ideo dat quia per signa videt mutuantē sic velle aut ne mutuū auferat.⁊ iō sic dat ⁊ tūc dic ꝙ talis tenet acceptū, restituere de necessitate.⁊ sic limita ⁊ intellige.c.ꝯsuluit.de vsu. In.⁊ host.ac pau.ibid cū Jo. an.in.d.regula pctm̄ qui tenēt ꝙ tenet.

¶ Sed quō scire poterit si dedit liberaliter vel nō. Rñ.ꝙ si signis vel circūlocutionib⁹ significauit ꝙ aliq̄d vellet vltra sortē ⁊ tūc tenetur restituere ꝙ non liberaliter dedit qꝛ vt dicit.l.si ꝟo nō remunerandi.§.idē papi.ff.mā.ꝙ qñ aliquis simpliciter rē cōcedit p̄sumitur donare illi qui prius donauerat sibi.sic in ꝓposito.quia ex signis oñdit se nō mutuare gratis iō credēdū est etiā illū eo aīo dare.s.non gratis. Si vero nullū signū oñdit q̄ vellet aliquid vltra sortē sꝫ poti⁹ ꝙ mutuabat fatēdū est ēt eū gratis dedisse ⁊ hoc verꝝ nisi aliud de mente ei⁹ constet.

2 ¶ Utrū ille q̄ mutuauit gratꝫ teneat restituere id qd̄ sibi datū est ad mutuū accipiēte. Rñ.ꝙ si crediteū gratis dare nō tenet q̄uis ille nō gratis dederit qꝛ vt dicitur i.c.sicut ep̄m.j.q.ij.nulla obligatio suscipiēti culpe maculā ingerit q̄ nō ex ambiētis petiōe ꝓcedat ⁊ obligatio ātidotoꝝ iustā parit receptionē ꝑ errorē soluti.l.si testis.§.j.ff.de fideius.nisi esset error facti alieni.vt puta putabat per suū ꝓcuratorē esse promissum cū tñ nō esset qꝛ sic teneretur. Rod.⁊ astē.dicūt ꝙ nō tenet q̄diu bona fides durat nec de ꝯsumptis sed postq̄ scit ꝙ nō liberaliter dedit tenet de extantib⁹ nisi ꝑ vsucapionē vel p̄scriptionē sua facta essent:q̄ opi.ē tutior in ꝯscia q̄ illa Lau. de rod.in suis ꝯctib⁹ q̄ dicit ꝙ etiā non tenetur postq̄ scit nō liberaliter dedisse ⁊ addit idem Rod.ꝙ talis qui dedit si habet de bonis ipsius mutuū dātis ꝙ potest sibi per retētionem consulere de eo ꝙ sic soluit i ꝯscia ꝙ verū est ante prescriptionem sed non post.

¶ Utrum vsurarius teneatur non solū restituere rem sed fructus dic vt.s. Possessor malefidei. Et similiter de lucrato ex pecunia vsuraria.vt ibidem.§.j. 3

¶ Utꝝ inducēs aliquē ad fenerandum consulēdo vel pecuniam mutuando vl societatē ꝯhendo ⁊ hmōi teneat ad restitutionem totius vsure. Rñ.ꝫ Alexā. lombar. Mona.ti.vsura.v.ac.Rod.ꝙ nō nisi inq̄tū ꝑuenit ad eū qꝛ in dādo mutuum sub vsuris non damnificatur ꝓximus.sed in exigendo vsuras alij tamē dicunt ꝙ tenetur ꝙ non credo. 4

¶ Utruꝫ prosonete seu sensales vsurariorū contractuuꝫ teneantur restituere oēs vsuras ipsoꝝ. Rñ.ꝫ Bal.in ti.de cōtrouer.feudi terminanda.§.similiter.ꝙ nō. Sed gl.in.l.si sciēter.ff.ad.l.pomp. ff.de peric.indistincte vult qd̄ teneatur cū qua cōuenit Bar.⁊ Ang.ibidē qui dicūt ꝙ pari pena sunt puniendi tales ꝓsonete sicut illi qui faciūt contract⁹.hoc ibidem tenet Girar.obd.⁊ ad idez facit l.is.cuius ope.in pricip.ff.de adul.multoforti⁹ minister alius.xlvj.di.sicut non suo.ꝙ credo verum de ꝓsonetis cooperantibus in exactionib⁹ vsuraꝝ vel inuenientibus cautas fictiones quib⁹ vsure soluantur quia dāni dant causam efficacem. Non autem credo verum de ꝓsonetis solum cooperantib⁹ vt mutuū detur potius pro necessitate debitoris. ar.not.in.l.si quam.C.de oper.li.immo nec peccant si ad hoc nullum inducunt vt feneretur sed solum ad paratos dare sub vsuris accedunt. 5

¶ Quid de notarijs qui cōficiūt instr̄a de debito vsurarū. Rñ.ꝫ Girar. obdo. ꝙ aut palliant vsuras i instr̄is.puta qꝛ faciunt certas de duplo vel subnomine emptionis.⁊ huiusmodi ⁊ sic tenentur totaꝫ vsurā restituere. Si vsurari⁹ ipse non restituet nisi secundum quosdam hoc fecisset in fauorem potius receptoris mutui quam vsurarū quod potest teneri licet mortaliter peccet instrumentum falsum faciens. Si autez nō āpliāt vsuras.sed aperte ptꝫ per instr̄a tunc 6

UVA. BHSC. IyR_213

nõ tenet qꝛ nõ dãt causam efficacẽ. ⁊ sꝫ Bal. in Rubrica de ꝓhi. feu. alie. ꝑ Fe. c. ij. tales cõsentiẽtes sciẽter instrumẽta in fraudẽ vsurarũ debẽt omnimodo ab officio ammoueri ob infamiam. arg. in verbo scriba ibi posito.

7 ¶ Utrũ testes taliũ instrumẽtoꝝ silr teneant sicut notarij. Rñ. ꝙ sic sm predictam distin. qꝛ instrumenta non valent sine testibus Idem dic de ꝑlatis qui se subscribunt vel sigillant cedulas vsurarioꝝ ⁊ cũ his cõcordat Gof. Host. ⁊ Directo ti. de vsuris.

8 ¶ Utruꝫ aduocati ꝓcuratores iudices statuarij ⁊ alij quoꝝ patrocinio ⁊ fauore sciẽter vsure in iudicio vel extra iudiciũ exigunt vel nõ restituunt cũ repetũtur teneant ad restitutionẽ. Rñ. ꝙ sic in solidum nec excusant ex eo forte ꝙ scripture eis porrecte apparebãt iuste si cõsciẽtia eis dictabat ꝙ erant de contractibus vsurarũ sm Hostien. ⁊. Inno. in ca. Michael. de vsu. ⁊ Arch. in. c. si quis oblitus. xxiiij. q. iiij.

9 ¶ Quid de dñis terrarum qui in terris suis vsurarios morantes nõ cogunt vt vsuras restituãt. Rñ. sm Rod. qꝛ tenent insolidũ si pñt. ⁊ nõ faciunt nihil peruenit ad eos. Alex. aũt lombar. dicit ꝙ lꝫ mortaliter peccẽt tñ restituere nõ tenentur nisi inq̃tum ꝑuenit ad eos de ipsis vsuris. Quod aũt mortaliter peccẽt nõ credo verũ nisi de iudeis vsurarijs de q̃bus precipitur eis in. c. post miserabilem. de vsu. vt cogãt eos ad restituẽdũ vsuras extortas. ⁊ similiter posset dici quo ad ipsos esse veram opi. Rod. quo ꝟo ad xp̃ianos vsurarios non credo qđ peccent mortaliter vel teneant ad restitutionem nisi quando requisiti nolent iustitiam ministrare.

10 ¶ Utrum socij tutores factores ⁊ hmõi q̃ ad vsurã dãt vel vsuras exigunt pro alijs teneant ad restitutionem. Rñ. sm Rod. ꝙ si apud eos residet q̃si principalis autoritas mutuãdi tenẽt in solidum si illi ꝑ q̃bus dederunt non restituunt. Si vero nõ fuerunt autores sed solum executores sic illi qui ad solam manualem traditionem vsurarum mancipati sunt ita ꝙ non taxant precium contractum impiorum nec cum eis contrahitur pactum de vsura. sed soluꝫ pecuniã tradunt ⁊ pignus recipiunt sic lꝫ mortaliter peccent non tenentur ad restitutionẽ nisi coactiue exigant vsuras. His concordat Girar. obd. Ray. ⁊ Bartolomeus brixieñ. in. d. c. sic non suo. ⁊ addit Host qđ ille in cuius vtilitatem versum est tenetur principaliter alteri in subsidiũ. l. ex hoc edicto. §. j. ff. de eo ꝑ quem fac. erit. ⁊. l. elegãter. §. pe. ff. đ dol. Pa. in. d. c. Michael. vult etiam vt in primo casu non teneantur si vsurarius est soluendo sm ꝙ dixi. tene.

11 ¶ Utruꝫ pupillus ꝑ quo tutor multos cõtractus vsurarios fecit teneatur restituere. Rñ. ꝙ si pupillꝰ dicat tutori tãto tpe habuisti pecuniã meam ⁊ ꝓpterea ista retineo ꝑ lucro qđ debeo ex ipsa hr̃e ⁊ si sic ista intẽtiõe retineat non tenet restituere lꝫ sit versum in suã vtilitatẽ. sꝫ solum tutor nisi vsura excederet moderatũ lucrũ ꝙ ꝓcessisset si in possessiões vel aliam iustam negociationem. vt debebat ipsam constituisset vt patet. j. tutella. §. ij.

12 ¶ Sed nũq̃d cũ vniuersitas ciuitas vl collegiũ recepit vsurariũ emolumentũ singuli teneant insolidum restituere. Rñ. sm Host. in summa ti. de pe. §. fi. ꝙ sic lꝫ cã vniuersitatis nõ sit cã singulorum. xj. q. ij. manumittitur nec obligantur tanq̃ vniuersitas q̃ aiam nõ habet sꝫ tanq̃ singuli. c. ꝯquestꝰ de vsu. c. sicut virũ. vij. q. j. c. si habes xxiij. q. iij. l. metũ. §. aiaduertẽdũ. ff. qđ me. causa. Concordat Jo. an. post alia. l. d. c. cõquestꝰ. sꝫ monal. ti. vsura. v. ⁊. Ro. limitat hoc veꝝ de regentibꝰ ⁊ ꝓhibere volentibus vel cõpellẽtibꝰ aut ꝑcipientibus taliter fenerari nõ aũt de alijs nisi ꝑticipauerit cõmodũ bursale vel ex huiusmodi releuati fuerint ab expẽsis quas fecisset de suo qꝛ tũc in tm̃ restituere tenent ⁊ nõ plꝰ ⁊ hoc tꝫ incõscia cũ quo Mon. concor. pe. de pal. l. liij. di. xv. ⁊ Asten. ⁊ Jo. an. in. d. c. conquestus. de vsur.

UVA. BHSC. IyR_213

13 ¶Utrũ ipediẽs volẽtẽ mutuare gratꝫ ⁊ faciẽs vt mutuet sub vsuris teneat̃ ad restõnẽ. Rñ. ſm Rod. ꝙ sic qꝛ ipediuit i debite ꝓximi vtilitatem. Idẽ dic de impediẽte ꝯctũ licitũ ⁊ redducẽte ad contractũ vsurariũ concor. Monal̃. ti. Usura. iij. Idẽ dic de confessoribus q̃ absoluũt vsurarios aut recipiũt ad sacr̃a vl̃ sepulturã ꝙ tenent̃ restituere si ex taliũ denegatione fuisset facta restitutio.

14 ¶Quid de fideiussorib⁹ vsurariorum Rñ. La. de redul. i suis ꝯctib⁹ ſm lap. ⁊ Pa. de leazaris ⁊ multos alios ꝙ etiaꝫ si p̃ncipalẽ se cõstituat pro vsuris restituendis ꝙ nõ tenet̃ nisi in tantũ inq̃tuꝫ vires hereditatꝫ vsurarij tpe fideiussionis valebãt ⁊ nõ plus nec min⁹. distinguit tñ idẽ pau. inter fideiubere simpl̃r ꝑ vsuris restituẽdis ⁊ sic nõ teneturnisi vt dictũ ẽ: ⁊ iter obligare se simpl̃r ad restitutionẽ vsurarum qꝛ talis tenetur q̃tum sue facultates portant licet vsurarius sit non soluendo.

15 ¶Utrũ heres teneatur restituere oẽs vsuras illius cuius est heres. Rñ. ꝙ sic in quãtum hereditas sufficit ſm cõiter doc. in. c. cum tu. ⁊. d. c. tua nos. de vsu. ⁊ vide. s̃. heres. §. iiij. ⁊. vj.

¶rij Utrũ quãdo duo sũt heredes vsurar debẽtes restituere. c. ⁊ diuisa hereditate de mille inter eos vn⁹ efficit̃ nõ soluẽdo de. l. an alter teneat̃ in totũ de ipsis. c. Rñ. Pe. de anch. in regula pcti venia. de re. iu. li. vj. q. xviij. ꝙ licet diuisa hereditate obligatio hereditaria diuidat̃ ipso iure. l. j. C. si cer. pe. ⁊. l. pro hereditarijs. C. de her. vel ac. vẽd. Et sic si vn⁹ efficiat̃ non soluendo in foro ciuili alter non teneatur. l. legatorum. ff. de lega. ij. tamen in foro canonico quo dicit tex. i. d. c. tua nos. ꝙ heredes ea sunt qistrictione cogendi qua defunctus si viueret quo ad es alienum ex delicto et peccato ꝓueniẽs tenet̃ insoli dum nec in tali ere hꝫ locum diuisio. xij. ta. ar. d. c. cũ tua. d̃ vsu. ⁊ vt dicit etiã pa. i. c. tua. nos. cõiter doc. in. fauorẽ. aĩe hoc sequũtur. sꝫ ego ꝑ clariori intelligẽtia distinguo ꝙ aut loquimur in reb⁹ formaliter datis ꝑ vsuris ⁊ sic dũ talia semper sint obligata illis q̃ ea dederũt tenet̃ de necessitate illa restituere q̃sq̃s illa habuerit vt in. q. seq. patebit. Aut sunt res spãliter empte de pecunia vsuraria spãli alicui⁹ ⁊ sic sil̃r tenet̃ illis de q̃ꝝ pecunia sunt empte. d. c. cũ tu. Aut loq̃mur de alijs reb⁹ q̃ nõ sunt formal̃r date ꝑ vsuris nec spãl̃r empte de pecunia vsuraria ⁊ sic tene ꝙ cũ bona vsurarioꝝ ſꝫ cõem opinionem. doct. in. d. c. tua nos. nõ sit tacite hypothecata ꝑ vsuris restituen. ꝙ nõ tenet̃ de necessitate nisi pro medietate quãnis alter heres sit fact⁹ nõ soluendo licet dicant doc. ꝙ opi. glo. in. d. c. tua nos. ⁊ antiquorũ doc. qui tenent ꝙ oĩa bona vsurarioꝝ sunt tacite hyppothecata sit i foro anime practicãda ꝙ intellige de bono ꝯsi. cũ nullo iure ꝓbet̃ ⁊ ſm hanc di. intellige ⁊ limita Pe. de ancha. ⁊ doc. in hoc.

¶Quid de accipiẽtib⁹ de bonis vsurarioꝝ. Rñ. distinguẽdo ꝙ aut accipiũt rẽ idẽ datã ꝑ vsuris q̃ nõ trãsit in dñium vsurarij ⁊ sic tꝫ indistincte ꝙ tenet̃ eam restituere si extet vt notabil̃r tꝫ Bal. in l. rẽ quã in fi. C. de iure. dot. nec põt extimationẽ dare cõtra voluntatẽ dñi. l. j. i p̃n. ff. si cer. pe. ⁊ tex. est clar⁹. xiiij. q. vj. si res ⁊. in. c. cũ tu. de vsu. Et qñ trãsferat̃ dñium. vide. j. vsura. ij. §. xviij. aut accipiũt nõ rẽ i spẽ datã de q̃. s̃. sꝫ alias q̃scũq̃ ⁊ tũc distinguo qd̃ aut vsurarij cuꝫ talia accipiũt nõ soluẽdo: ⁊ sic hoc sciũt restituere ẽt obligant̃ qꝛ dant dãni cãm efficacẽ ⁊ si dubitãt an sit nõ soluẽdo dico ꝙ si res adhuc extat ꝙ tenent̃ ne pro re tꝑali in discrimine aĩam ponãt scd̃m alexã. in. iiij. ꝑte. Si v̄o ignorãt ⁊ credebãt ꝓbabiliter ꝙ de bonis suis eis daret sic nõ tenent̃ de cõsumptis bona fide durãte sꝫ solũ de extãtib⁹ nisi inq̃tũ facti sũt locupletiores. aut cũ talia acceperũt erat soluẽdo. sic nõ tenent̃ etiam si postea fact⁹ est ex alia cã nõ soluẽdo nisi esset res habita seu empta ex pecunia vsuraria quã si habuit tit. lucratiuo põt ille cui⁹ pecunijs est empta de eq̃tate canonica eã ab eo aduocare officio

17

UVA. BHSC. IyR_213

ndicis.vt p3 per gl.ꝛ doc.in.d.c.cū tu. in fi. Addit tamen Io.ꝛ Bof.q̄ si talis res etiam ex cā lucratiua pernenit ad illū qui soluerat vsuras.q̄ ille cui p3 donata fuerat liberat.l.oēs debitores. ff.de ac.ꝛ obli.ꝛ etiaz vsurarius. Si vero habuit ex ti.oneroso sic nō tenet restituere quāuis postea efficiat nō soluē dor ex predictis patet quid dicendum de multis questionibus.

8 Quid de emētib⁹ pignora p dita ab vsurarijs. Rñ.q̄ tenent sicut emētes rapta ꝛ fm illā di.de qna.ℨ.emētes.verū est q̄ potērūt repetere vel retinere id q̄ verisimiliter vsurari⁹ sup illo pignore mutuauit. posset etiā teneri q̄ si res nō extat vel pignoraī dns eius si extat nō teneri tale emptorē dare pauperib⁹ ni si solū illō pl⁹ q̄ valebat res vltra id q̄ eam abvsurario emit lz tuti⁹ esset dare totū excepto mutuo accepto ab vsurario ab illo qui eam pignorauit.

19 Quid de filia vsurarij dotata. Rñ.q̄ rē habuit datā in spē p vsuris tenetur indistincte sicut dictū est de emēte pignora fm illā modificationē. si vo habuit alia sic nō tenet nisi p hoc sit fact⁹ nō soluēdo.ꝛ hoc sciebat gener. quia si hoc ignorabat nihilominus fm Rod. potest dotē recipere ꝛ retinere etiā si postea sciat. q̄ est nō soluendo q̄ est dictū mirabile ꝛ mihi nō placet. q̄ nullo iure ꝓbat. si vero p hec nō est fact⁹ nō soluendo sed postea ex alia cā nō tenet gener. q̄ hz dotem ex ti. oneroso. Nec etiā filia fm Fed. cōsilio. xij. q̄ licet habeat dotē post solutum matrimoniū ex causa lucratiua q̄ tamē illa nō ē pecunia ālīs fluit in bonis mariti. sed est alia q̄ p̄ficiscit ex bonis mariti. Ideo non tenetur. Nec ob. tex. c. cum tu. de vsu. fm eūdez Fe. q̄ vt dicit loquit de possessionibus emptis ex pecunia vsuraria. vlz. d. Ant. ꝛ pe. de anc. videant tenere q̄ imo tenet. q̄ lz non sit illa tamē succedit loco illi⁹ pecunie date. Itē q̄ mulier nō habet quartaz suam nisi deducto ere alieno. l. pape. Saluū. ff. de inof. test. cū qua vī concordare Sco. in iiij. di. xv. tamē ego credo verissimū dictū Fe. vt p3 p predicta nisi esset possessio empta ex pecunia vsuraria ꝛ data p dote q̄ tūc soluto matrimonio teneret filia eaz restituere si p̄ er⁹ foret postea fact⁹ nō soluēdo p. d. c. cū tu. q̄ factū legitime non debet retractari.

Quid faciet gener aut filia qui dotē habuerūt aut de reb⁹ in spē datis pro vsuris aut cum socer esset nō soluēdo. Rñ. fm Sirar. obdoñ. q̄ ille p quē non stat quin restituat in cōscia. quia vnus sine altero restituere nō pōt durāte matrimonio. Remedium tamen esset vt si pater habet multa incerta ad restituendum ꝛ est soluēdo pro certis adeat episcopum qui ei dictam dotem tanquam pauperi cōcedat si non sunt habita in specie p vsuris aut componat cum creditoribus. 20

Quid de famulis vsuriozū. Rñ. q̄ aut seruūt vtiliter puta laborādo agrū edificando domum habēdo curam rerū ꝛ huiusmodi. Et si vtilitas pōt cōpensari cum eo q̄ accipiūt pro mercede sic licite eā accipiunt sine sint vsurarij soluendo. vel nō dummodo non accipiāt rē habitaz in specie pro vsuris quia talem nunq̄ licet accipere. vt. ℨ. patuit. si vero nō seruiūt vtiliter sz potius inutiliter sicut qui canes aut accipitres custodiunt ꝛ hmōi sic si est non soluendo nullam mercedem possunt accipere et si accipiunt tenentur restituere. Item dic de vendentibus res ad gulositatez vel pompam pertinētes. quia restituendi dant causam efficacem facit. l. ait prator. ff. de his que in fr. cre. ꝛ. l. si. in prin. ff. de eo per quem fa. erit. 21

Utrū ille qui mutuat pecuniam vsurario possit repetere eius restitutionez Rñ. q̄ aut mutuat scienter ad indū vel alio mō ad psumen. inutiliter. ꝛ sic si est nō soluēdo nullo modo potest recipere eius restitutionem ꝛ si recipit tenetur restituere. Si vero ignorabat probabiliter quod vellet eam inutiliter consumere sic ꝛ secundū Pe. de pal. in. iiij. distin. xv. ꝛ Aste. ꝛ Rod. potest recipere 22

UVA. BHSC. IyR_213

eius restitutionem multo magis si dedit vt vtiliter eam expenderet. Idē dic ꝙ debentes habere ab vsurarijs ex cōtractu vel quasi vel ex delicto vel quasi ꝙ possunt recipere ꝙ sibi debetur licet vsurarius sit non soluendo.

23 ¶ Quid de seruientibus vel ministrantibus necessaria ad vitaz vsurarij. Rñ. ꝙ licet quo ad forū cōtentiosum si nō est soluendo non possint recipere mercedem vt colligitur ex glo. in. c. quia in omnibus de vsur. tñ in cōsciētia credo possint recipere nisi sint tales q̄ ex p̄cepto charitatis teneantur ei facere eleemosynā ⁊ subuenire qd̄ qñ sit habes. s̄ eleeemosyna. §. j.

24 ¶ Quomodo recipiētes eleemosynas vel viuētes de bonis vsurariorum licite possint habes. s̄. Raptor. §. j. ⁊ ſm illā distinctionē qz quo ad deū vsurarius. raptori comparatur circa bona habita ex vsuris.

25 ¶ Vxor quādo non pōt dare eleemosynas ⁊ accipere de rebus viri. vide Eleemosynas. §. vij. ⁊. j. vxor. §. v. cum se.

Restō. ij.

scz cui facienda sit ⁊ quo ordine pro cuiꝰ declaratione queruntur plura.

☞ Facit ad notata in hoc. §. qd̄ notaui. s̄. in prece. §. ⁊ quod nota. Bart. in. l. j. §. j. paulo post princi. ff. de esti. ⁊ ꝙ dicatur fieri proprie restitutio rei sub tracte quando res ipsa restituitur sed improprie quando eius estimatio que ꝓprie facta liberat alios correctos si ab vno tantum fiat secus si fiat improprie quia non liberatur possessor secunduz flo. i. le. item mela. §. si plures. col. iij. ff. ad. l. acquil. ⁊ nota. i. l. stichū. §. dolo. de solu. ⁊ in. l. etiam. §. pe. de peti. heredi.

1 ¶ Vtrum res rapta vel qualitercunqz accepta iniuste a vero domino sit semper ei restituenda. Rñ. ꝙ sic regulariter. iij. q. j. reintegranda. de re. spo. quasi per totum de homic. sicut dignum. §. eos. Fallit tamen hoc in quinqz casibꝰ. Primus si iniusto bello postea sit priuatus ea. Secundus si edicto imperiali siue ecclesiastico sit ei interdicta ad tēpus vl̄ simpliciter d̄ hereti. c. ex cōmunicamꝰ. el. j. de homi. c. pro hūani. li. vj. Et tūc restitutio differret̄ si iterdictū est ad tp̄s vel dabit̄ illi cui est applicāda per tale edictū. Tertiꝰ si dñs est pupillꝰ vl̄ furiosus aut minor qz tūc nō illi sed tutori vel curatori eiꝰ restituet̄. Quartus qñ dñs mortuꝰ est qz tūc dz restituere heredibꝰ ꝓprie dictis. ⁊ q̄sunt habes. s̄. heres in p̄nci. ⁊. §. ij. Et si dñs in morte oīa sua reliquisset paupibꝰ distribuēda tūc paupibꝰ dz dari ſm Inn. i. c. qd̄ sicut. de elec. Quintꝰ quādo lenones ⁊ hmōi aliq̄d acceperūt a p̄latis eccl̄iasticis qz restitui nō eis dz sz eiꝰ supiori vl̄ successori vel in vtilitatē eccl̄ie expēdāt ar. c. si q̄s i atrio. xvij. q. iiij. ⁊. c. cū vos. de of. or. ⁊. c. de hoc. de simo. ⁊ hoc autoritate iudicis pniarij. ſm Rich. vel ſm Ho. ⁊ gl. Ray. si eccl̄ia satis abūdat dabit̄ pauperibꝰ. ar. d. c. si q̄s i atrio. ⁊ hic idem tenet Mon. tit. Restitutio primo.

2 ¶ Vtrum res ablata ab eo qui nō erat dñs. sz iusto titulo possidebat sit ei restituenda. Rñ. ꝙ sic nec vero dño dz restitui sine eius voluntate. l. is cuius. ff. de fur. ⁊. l. si quis conditionis. C. loc. etiam si sit fur q̄ eā tali titulo alteri dedit. d. l. si q̄s. Fallit hoc qñ eā recepisset sub tali titulo in fraudem veri dñi. qz tunc teneret̄ facere ꝙ dñs eā haberet ei denūciādo rē caute tamē sine scādalo alicuius. xxj. q. v. hoc videtur.

3 ¶ Vtrum habētes de bonis infideliū ex vsura. ⁊ hmōi teneantur eis restituere. Rñ ſm Mona. ij. restitutio. iij. ꝙ sic nisi ecclesia habeat bellū contra ipsos qz tūc non eis sed pauperibus xp̄ianis restitui debent.

4 ¶ Vtrum acceptū ex turpi causa respectu dātis in cēsu in quo restituere tenetur possit restitui illi q̄ dedit. Rñ. ꝙ nō sz debet pauperibꝰ erogari. si ille q̄ dedit potuit alienare. qz in pari cā turpitudinis potior est cōditio possidētis. l. si ob turpē. §. porro. ff. de ꝯdi. ob turpez causaz. ⁊. l. ij. C. eo. ti. iuncto. c. cū tu. de vsu. Fallit hoc in duobꝰ casibꝰ. Primus quādo in iniuriam alterius est datū: qz

UVA. BHSC. IyR_213

tūc illi in cuius iniuriam est datum dz restitui: vt ptz in simoniace dato qz restituitur illi eccl'ie in cuius iniuriā est datū. d.c. de hoc. Secūdus casus ē quā do turpiter datum acceptū. ipo iure applicatur fisco vel primato qz tunc nō debet dari pauperibus. Sed illi cui applicatur. qz de alieno non est facienda eleemosyna. i. q. j. nō est putanda. Si tamē exceptio isto casu. fi. restituisset ei q̄ dedit esset liberat⁹ ab obligatiōe restitutionis quia nullo iure hoc prohibetur et pene sunt restringēde. c. odia. de re. in. li. vj.

5 ¶Utrū acceptū ex turpi cā respectu solū ipsius recipiētis: dz dari restitueñ. in casu quo restituere obligat: puta dedit quis alicui ne faceret tale malum vel vt faceret id ad qō tenebatur. Rñ. q̄ sic vnde index qui nō vult dare sententiā nisi data sibi pecunia ꝛ hmōi ei qui dedit debet restituere. l. j. ꝛ. ij. ff. ō cōdi. ob causam. ꝛ expresse in. c. nō sane. xiij. q. v. Fallit hoc in casu. c. cū sit. de in deis. vbi ea q̄ infidelis lucratus fuit a christianis occasiōe officij publici iter ipos restituere tenetur pauperib⁹ p̄m proui dentiam episcopi.

6 ¶Quid de obligatione recepta a manifestis vsurarijs. rñ. q̄ licz sint opi. diuerse in. c. qz omnib⁹. de vsu. Tu tñ dic p̄m Jo. an. q̄ aut vsurarius inchoauit restituere vel est paratus: ꝛ sic restituetur ei vt ipse restituat quib⁹ extorsit: ꝛ sic intelligēda est secūda opi. q̄ est in gl. d. c. qz oibus. Si vero nō est paratus restituere. Tūc habebit locū prima opi. in predicta glo. quam sequit̄ Sof. Inno. ꝛ hosti. vez q̄ fiat episcopo: vt ipse restituat dāmificatis qō vez credo. Quādo episcopus est talis qualitatis. q̄ hoc faciet al ter ipse qui recipit damnificatis restituet.

7 ¶Sed quid si ille cui restitutio est facienda lōge distat ꝛ nō pōt ei mitti sine sumptib⁹. Rñ. q̄ restitutēda est ei nisi sit modicū quid respectu illius cui debetur. qz habūdans est: qz tūc p̄m Rodof. posset pauperibus dari pro anima eius.

¶Quid si nescit vbi habitet. Rñ. q̄ nō 8
tenetur enagari vt eam querat ar. g. l. q̄ nisi fiat. ff. de oper. li. ꝛ ideo pauperibus dabitur nisi expectetur verisimiliter rediturus.

¶Sed cui⁹ sumptib⁹ mittetur ei qñ 9
scitur vbi ē. Rñ. pa. in. d. c. cū tu. de vsu. q̄ si est malefidei possessor. puta fur aut vsurarius aut hmōi ꝛ ipse recessit de loco vbi ea accepit vel extorsit tenet̄ suis sumptibus ei dimittere. Si vero ille cui⁹ erāt fuit ille qui se transtulit alibi tūc suis sumptibus ei mitteret ꝛ sic intelligēda est glo. in. d. c. ꝛ sic distinguit lex in re legata. l. cū res. ff. de leg. j. Nō limito verum nisi inueniretur aliquis fidus q̄ gratis vellet ōferre. ar. c. significāte. de pign. No. tamen p̄m Ber. q̄ si sumptus excedūt summā rei restituende q̄ tūc pauperibus est dispensanda ar. d. c. cū tu. ꝛ. c. aūtiozū. ij. q. vj. Si autem est malefidei possessor: iz aliquo iusto titulo habet tūc credo arbitrio boni viri sit sequeñ. cuius sumptibus mittatur pēsata causa ꝛ qualitate absentie et non fuerit in mora.

¶Utrū cū plures sunt obligati alteri 10
in solidū ꝛ vno soluente totū alij teneātur eidē solueti qlibet p parte sua. Rñ. mō. titul. Restitutio. vj. q̄ sic in foro cōscientie: qz vtiliter egit negociū eo⁹. l. cū pecuniā. ꝛ. l. soluendo. ff. de neg. ge. Fallit hoc in raptoribus ꝛ furib⁹ ꝛ hmōi: qz si ille qui habuit rem satisfecit non tenetur alij eidem satisfacere nisi in 11
quantum de talibus bonis peruenit ad eos.

¶Sz qd fiet qñ qs nescit cui restitutio ad quā tenet̄ fieda sit nec eius heredes cognoscit. Rñ. q̄ nihilominꝰ pauperib⁹ vel in pias causas est restitutio facienda. ar. d. c. cū tu. ꝛ. c. diuine. lxxvij. di. ꝛ. c epi. lxxxvij. di. ꝛ. c. cōtesso. xij. q. ij. ꝛ casi. vj. q. iij. ꝛ. c. j. de rapt. Unde dicit Th. scōa scōe. qō. lxij. q̄ si ille cui restitutio dz fieri sit oino ignot⁹ facta diligēti inquisitione de persona eius vel eius heredibus dz homo restituere dando eleemosynas p̄o salute ipsius siue sit mortu⁹

UVA. BHSC. IyR_213

siue viuus. Et addo ꝙ inter pauperes eligēdi sūt pauperiores ⁊ inter eq̄liter paupes iustiores. qꝛ ⁊ si oib⁹ debetur mia iusto tñ ampli⁹ vt dicit Amb. in. li. de officijs. ⁊ no. in. c. nō satis. lxxxvj. di. ⁊ vt hier. ⁊ no. in. c. si. xvj. q. j. i pauperibus nō tam pauptas q̄ religio attendenda est.

12 ¶ Quid si facta restitutione in p̄dictos pauperes appareat dñs rei. vel ei⁹ heres. rñ. ꝙ si talis q̄ restituit fecit debitā diligentiā ad ip̄z inuenieñ. sic nō tenetur ampli⁹ qꝛ bona fides nō patit̄. vt semel exactū exigat̄. c. bona fides. de re in. li. vj. Secus si nō adhibuit debitam diligētiam qꝛ sic iterū teneret̄ qꝛ vt dicitur i. c. sicut dignū. §. eos. de homi. Nō enim aliena cū ip̄a potuissent eis quorum fuerunt restituere debuerunt pauperibus erogari.

13 ¶ Utruꝫ restitutio p̄dictorū incertoruꝫ sit necessario faciēda pauperib⁹ illius loci in quo predicta restituēda sunt habita vel dānum est datū. Rñ. ho. ⁊ aliq̄ alij doc. in. d. c. cū tu. tenent ꝙ sic. qꝛ citius pōt ꝑuenire forte ad heredes. vl̄ ad eos quibus est fiēda sed Fede. consilio xxiij. do. Anto. ⁊ Pa. tenēt ꝙ ē de bono ꝯsi. non de necessitate. ⁊ hoc tene qꝛ iura simpliciter dicūt ꝙ erogatio fiat in pauperes. vt in. d. c. cum tu. ⁊ in. d. c. sicut dignū. Nec ob. c. j. de rap. qꝛ ibi sciebatur persona cui facienda erat restitutio alias ep̄s nō fuisset motus excōmunicare ex officio suo nisi ad petitionem partis. c. innotuit. in fi. de elec. ⁊ l. iij. §. hoc autem. ff. de dā. in fec.

14 ¶ Sed quero an requiratur autoritas superioris ꝑ tali restitutione incertoꝝ Rñ. Inn. de imu. ec. in. c. qꝛ plerique. dicit ꝙ debet fieri autoritate ꝯfessoris. Ray. ꝟo tꝫ ꝙ fiat autoritate ep̄i. vel p̄niarij vel capellani in cuius diocesi habita sunt. c. diuine. lxxxvij. di. c. ep̄s. la. vl. lxxxviij. di. cōcesso. xij. q. ij. host. in ca. cū sit. de iudeis. ⁊ in. d. c. cuꝫ tu. tenet ꝙ necessario requirit̄ autoritas ep̄i. Sed tu tene cum Scot. in. iiij. di. xv. q. ij. lꝫ sit bonum habere consilium confessoris aut alterius bone persone. tamē magis securū est ꝙ ille qui debet restituere ipse restituat. Et quod non requiratur alia autoritas. tenet Archi. i. c. ij. de testa. ⁊ i c. non sane. xiiij. q. v. ⁊ Jo. mo. in. c. q̄q̄. d̄ vsu. li. vj. Jo. d̄ li. Pa. ⁊ Gemi. ⁊ Jo. cal. sup̄ cle. j. de priui. Pau. in. di. c. cum sit. Et facit ad hoc. d. c. cū tu. ⁊ d. c. sicut dignū. §. eos. in gl. ⁊ in. c. tua. de testamē. ⁊ alia iura q̄ cōiter dicūt ꝙ obligatus ad restitutionē dꝫ restituere. Nec ob. d. c. cū sit. qꝛ loquit̄ de iudeo de q̄ presumit̄ ꝙ non recte dispensaret ꝓpterea ibi d̄ꝛ ꝙ fiat autoritate ep̄i. ⁊ rō non extendet̄ ad casum dissimilis ratiōis. Tamē veꝝ est ꝟm predictū Archi. ꝙ i. iiij. casib⁹ ep̄s pōt se intromittere de restitutiōe incertorū. Primus qñ mortuo illo qui debebat restituere nullus est relictus heres vel executor ad restitueñ. Si ꝟo heres eēt relict⁹ vl̄ executor. tūc solū req̄reret̄ de ꝯsilio ep̄i autoritas. facit. c. de laicis. xij. q. ij. ⁊ l. nulli. C. de epi. ⁊ cle. ⁊ i hoc cōcordat Jo. ⁊ vin. ⁊ Ber. in. d. c. cū sit. in gl. imo etiā ep̄o prohibēte debent et possunt restituere vt in. c. religiosus. in fi. de testa. li. vj. Secund⁹ casus in quo potest ep̄s se intromittere est qñ ille cui dꝫ restituere nō vult ⁊ in iudicio agitur contra eum. Tertius est quando restituēs male dispensaret puta amicis qui non indigent ⁊ hmōi qꝛ ep̄s pōt se intromittere vt legitime iterum dispensaret qꝛ nō d̄ꝛ factū ꝙ aliter est factum q̄ debuit. de re. iu. qui ex timore nec etiaꝫ excusaretur si interueniente autoritate ep̄i male distribueret: quia ep̄s hꝫ se intromittere nisi ꝙ beneficia ꝓpterea ambo celestem incurrent iracundiam. l. si quis ad declinandum. in fin. C. de epis. ⁊ cle. Quartus casus est quādo talia incerta sunt manifestorum vsurariorum qꝛ tunc ep̄o dispensare pertinēt vel ei⁹ autoritate. ⁊ addit Joā. de ligna. in di. c. cū sit. ꝟꝫ Jo. cal. in quodā cōsilio suo ⁊ fratrem clarum ⁊ hug. ꝙ ep̄s excommunicare nō potest de iure sacerdotes qui se intromittunt de dispēsatione incertorum. Ex quo patet ꝙ multomin⁹ religiosos

UVA. BHSC. IyR_213

religiosos exēptos. ⁊ ꝙ nō est casus suꝰ nec sibi pōt de iure retinere nisi in. iiij. casibꝰ p̄dictis alr̄ bene posset sacerdotes excommunicare.

15 ¶ Utrū vsurariꝰ sit tutus qñ premisso edicto gñali ꝙ qui soluit vsuras veniat infra tot dies pro restitutione habenda quibus diebus elapsis ep̄s fert sniam ꝙ cū nullus appareat bona sunt incerta ⁊ ipse tāq̄ icerta assignat ep̄o si post terminū p̄dictū appareat aliq̄s. Rñ. fe. in suis ꝯsi. tz ꝙ sic. Sz ego distinguo ꝙ aut sunt dispēsata pie. ⁊ sic verū. di. ⁊ securꝰ est. aut nō sunt dispēsata pie puta qꝛ partē dedit ep̄o pro mēsa sua. ⁊ partem sibi retinuit non tñ vt paup. sed vt statū teneat: ⁊ sic non est tutꝰ nisi talibꝰ satisfaciat. ⁊ ex p̄dictꝫ collige ꝙ si habetur ep̄s talis ꝯditiōis q̄ redditꝰ suos dispēset in pauperes reseruata sibi soluz necessitate ꝙ tunc tales hñtes dispēsare incerta nō debēt id facere sine eiꝰ cōsilio ⁊ autoritate. qꝛ sumeñ. est ꝙ nouit meliꝰ paupes aliquis q̄ alius. Si vero talis ē ep̄s q̄ de pauperibꝰ nihil curat: sz potiꝰ de pōpis. ⁊ statu aut sublimatione parētū tūc tali non sunt danda talia incerta qꝛ qui tali ea daret non esset tutus in consciētia sed ip̄e ea dispenset vel videat quomodo dispēsetur.

16 ¶ Quo ordine tenet̄ quis satisfacere q̄ pluribus habet restituere ⁊ ex diuersis causis ⁊ non valēs om̄ibus satisfacere Rñ. ꝙ prio ⁊ necessario dz restituere certa. Quia restitueret incerta ex qua restitutione efficeret̄ non soluendo ꝓ certis non satisfecisset. imo potiꝰ dānationē sibi aquireret. vt pz ex predictis. qd̄ facit cōtra heredes vsurarioꝝ q̄ conueniūt cum ep̄o de incertis vt sepeliatur cadauer vsurarij. cū tñ non sit soluēdo creditoribꝰ sup certis. Secūdo restitueū. est habētibꝰ actiones ad rem. puta qꝛ res restituēda est aliena. que semper dño restituenda est ꝑm ꝙ. ꝫ. patuit. Idē etiām si habeat rē que fuit alteriꝰ ⁊ ab eo sine iusta causa abdicata puta ꝑ metum. vel aliter. ff. ꝙ me causa. l. metum. §. cum autē. idē dic de rebꝰ depositis si extāt. ⁊ gñaliter semp dñi rerū si extant ip̄e res sunt preponēdi omnibus. l. veri. §. in bonis. ff. de priui. cre. ꝙ si res extant ⁊ fuerant vēdite nō habita fide de precio cum non sint translate in dñium ementis. ipsi vendēti cuius erant est satisfacieñ. de precio prius q̄ alijs. l. iulianus. §. offerri. ff. de ac. ⁊ ven. Si vero habita fide de p̄cio sunt tradite. sic non p̄ponentur alijs. multo minꝰ si nō extarēt sed alie subrogate fuerūt ex precio illarū non p̄ponentur. nisi vt j. dicā de habētibus actiōes ꝑsonales quia tales res subrogate sunt pro precio obligate. l. quidam. ff. de in rem ꝟsi. vbi est nota. tex. ⁊ rō est quia preciū ex illa re redactū non erat obligatum. ergo nec res q̄ emitur ex ipso. Idē quocūq̄ dic in permutatione qꝛ vbi species in obligatione est non succedit altera loco alteriꝰ vt. ff. de ꝟ. sig. l. labeo. ⁊. ff. de rei ven. l. mat̄ Fallit hoc in ēpto ex speciali pecunia alterius de quo dic. vt. j. Solutio. §. xj. sed tñ in hoc casu non p̄ponuntur habētibus actiōes reales. Post predictos habentes actiones ad rē veniūt vxores ceteris paribus ꝓ dotibꝰ suis q̄ preferuntur non solum pretendentibꝰ personalē obligationē. sed etiā habentibꝰ tacitam ypothecā. etiā anteriorē. l. assiduis. C. qui po. in pigno. ha. facit. l. vbi. C. de iur. do. ⁊. l. ij. C. de ser. pi. da. Fiscus quoq̄ sile priuilegiū hz cū vxoribꝰ. ⁊ ideo prior tēpore p̄feret̄. l. q̄uis. C. de priui fis. Ipsis tamē vxoribus ⁊ fisco preferuntur anteriores creditores exp̄ssas ypothecas hñtes sed non posteriores vt in gl. d. l. assiduis Sed ego teneo cōtrariū quo ad vxores de habentibus expressas ypothecas vt. §. dos. §. xj. no. tñ ꝙ creditores ex quorum pecunia domus vel nauis est edificata vel reparata ⁊ ipsis specialiter obligata preponuntur in illa re mulieribus in dotibus earum. §. is consequens. et ibi Aug. in auten. de col. do. Ratio quia ꝑm bal. in d. l. assiduis lex nō tollit id ꝙ ꝑ petiñ sibi creditores quesierūt vnde creditor habens specialem ypothecā in aliqua

UVA, BHSC. IyR_213

re speciali p̄fertur ī illa priori creditori habenti anteriorē hypothecā generalē et specialē in alia re ab illa q̄ creditori est specialiter obligata. vt est tex. no. in l. ij. C. de pi. Post predictos veniūt oēs habētes expressas hypothecas ⁊ posteriores. ⁊ post ip̄os habētes tacitas hypothecas ⁊ in istis hn̄tibus expressas q̄ prior est tp̄e potior est in iure. Aduerte tamē hic ꝙ expense facte in funerando prius sunt restituēde q̄ satisfacien̄. habētibus tacitas vel expressas hypothechas ī bonis ipsius defuncti. vt ē tex. in l. pe. ff. de reli. ⁊ sum. fu. ⁊ i. l. at si q̄s. §. j. e. ti. Post istos veniunt deponentes. si depositū non extat. l. si hominem. ff. de po. §. fi. Et idē dic de habētibus pecuniam in illam negociationē. vt. j. Solutio. §. xj. non tamen tali priuilegio gaudent qui sub nomine depositi mutant ad vsuram vt patet in. d. l. si hominem. Tertio restituēdum est habētib⁹ actiones personales. Et inter istos primo veniūt simplices priuilegiarij. s. habētes priuilegia personalia non realia: quia priuilegiū hypothece cum sit ad rē est potior priuilegio personali. l. repertuū. ff. de pac. post host. veniūt omnes chirographarij pro rata nō attēta p̄oritate cōtractuū. quia licitū est debitori propter cumulum creditorum facere deteriorem causam priorum creditorum nō tn̄ dominiū vel hypothecam. seu priuilegiū habentium. l. j. §. contrario. ff. de sepa. bo. ⁊ ista ē ratio quare in chirographarijs creditoribus non attenditur tempus. Cum predictis omnibus concor. Bal. in. l. pro debito. C. de bo. aut. iu. pos. que credo vera. nisi per statutū municipale aliud caueatur. vt Janue in mercatoribus fallentibus. quia tunc illi stabitur nisi contineat iniquitatem expresse.

17 ¶ Quid de herede qui habet multos cui debet ex legatis ⁊ alios creditores ex alijs causis. Rn̄. ꝙ si debita sunt contracta p̄ eū cui⁹ est heres ⁊ fecit legata tūc debet proponere creditores ex contractu vel quasi. seu maleficio. vel q̄si ip̄is legatarijs si oib⁹ nō pōt satisfacere. Si v̄o legata sūt facta p̄ eū cui⁹ ē heres ⁊ debita per eū. q̄ est heres. et q̄ dz soluere sic prius soluet legata q̄ bona defūcti sūt tacite hypothecata p̄ legatis ⁊ fideicōmissis. l. j. C. cōmuni. de le.

¶ Quis est preponēdus an ille cui debetur ex contractu vel quasi vel ille cui debet̄ ex maleficio vl̄ quasi. Rn̄. quidā dicunt ꝙ ille cui debet̄ ex contractu vel quasi. sz ego hoc nō. credo cū nullo iure probetur. ⁊ ideo restituet s̄m ordinē predictum. 18

¶ Quid de simpliciter soluēte non seruato ordine suprascripto nūq̄d in ꝯsciētia liberat̄. Rn̄. Rod. tenet ꝙ nō nisi credidisset fore soluēdo oib⁹ vl̄ nisi ignorasset vnū creditorē fore potiorē alio cū q̄ cōcordat Hostiē. ⁊ Monal. ti. restō. ix. Quod verum credo. nisi laborasset tali ignorātia que eum non excusaret cap. apostolice. de cle. excō. mi 19

¶ Utrum restitutio incertorum q̄ pauperib⁹ dz dari. vt. s. patuit possit autoritate ep̄i cōuerti in reparationē ecclesie vel monasterij seu edificationē. Rn̄. Jo. an. i. c. religiosis. de testa. tenet sic dicēs fuisse disputatū p̄ excellentissimos doc. ⁊ si ecclesia indiget necessaria augmētatione. puta q̄ ppl̄s non potest in ea stare ad offm̄ nec facultates ecclesie sufficiūt ad ei⁹ reparationem q̄d potest ep̄s propria autoritate. sine pauperum graui dāno talia incerta conuertere in eius reparationē. Si v̄o facultates ecclesie sufficiūt vl̄ reparatio non est necessaria. sed voluntaria vel nimia fames iminet sic nō pōt. sed tenetur pauperibus dare. c. pastoralis. xcvj. d. ⁊ pro ista opi. facit q̄ bona ecclesiastica sic sunt pauperibus obnoxia. sicut illicite acquisita. vt in. c. aurū. xij. q. ij. ⁊ c. fi. xvj. q. j. Et tamē ep̄s pōt pro reparatione ecc. dare centēsimam vel quinquagesimā ca. bone. xij. q. ij. c. apostolice. de do. Ergo ⁊ de illicite acquisitis idem poterit facere. Facit ad idē. c. ecc. ⁊ c. statuim⁹. xvj. q. j. sz ꝙ nō possit tz Pe. de peru. intra. d̄ ce. portiōe ep̄i. c. xij. ⁊ d̄t ꝙ p̄dcā d̄ 20

UVA. BHSC. IyR_213

terminatio non est bona. quia videtur contra casum. Cle. quia contingit. de religi. do. Ubi pz ꝙ ea q̄ relinquūtur ad vsus pauperum non possunt sine autoritate in alium vsum cōueniri. per quā cle. dicit idem Petrus ꝙ executor testamenti incerta non poterit distribuere nisi pauperibus. quam opin Pe. credo veram in legatis factis pauperibus nisi in casu quando talis ecclesia vel monasterium reparetur. Ex cuius reparatiōe populus multum haberet ꝓuocari ad obseruantiam christiane religionis. quia tunc liceret. Et sic limitarem opi. Jo. an. predictam qꝛ in tali casu fit bonū pauperū eo ꝙ fideles ad eleemosynas abūdantius per hoc inuitantur alias nō ita tamen quod nō immineat nimia fames. sed in alijs incertis restituēdis nō est vera. sed tene opinio. Jo. an. quia. d. Cle quia contingit nō loquitur de talibus.

Restō. iij. scz quādo q̄s tenet̄ ad eā faciēdā pro cuius intelligētia.

☞ Adde pro his que dicuntur i hoc. §. ꝛ in. §. sequēti quod posui in p̄ce. §. ꝛ in alio precedenti.

1 ¶ Queritur vtrū quis teneatur statim restituere cū pōt. Rñ. ꝙ sic quod petat per. c. spe. contingit. de rest. spo. ꝛ rō est ſm Sco. i. iiij. di. xv. qꝛ preceptum est de restituēdo licet videatur affirmatiuum tamen cadit sub illo precepto negatiuo Nō furtum facies. Exo. xx. que p̄cepta negatiua obligāt ꝛ pro semp ꝛ ad semper. ꝛ hoc est ꝙ voluit dicere Tho. ij ij. q. lxij. scilicet ꝙ sicut accipere. rē alienā est cōtra iustitiam ita ꝛ detinere eam. ꝛ ꝓpterea dicit. tex. in. d. c. sepe contingit non multum interest quo ad periculū anime iniuste detinere ac inuadere alienum. ideo totiens mortaliter peccat q̄s quotiēs scit se debere restituere aut satisfacere ꝓximo ꝛ potest ꝛ non vult. vt per p̄dicta patet nec potest absolui nisi prius restituat potens restituere. c. si res. xiiij. qō. vj nisi in casu quādo doleret ꝙ non restituit quamprimum potuit ꝛ ꝓponit quamprimum poterit satisfacere.

¶ Quid de illo q̄ cū possit restituere nō vult sed heredib⁹ vt restituāt imponit. Rñ. ꝙ ꝑ hoc nō est in statu salutis sed poti⁹ dānatiōis. ꝛ si sic morit̄. oīno dānat̄. Si tñ ob hoc imponeret heredi satisfactionē qꝛ meli⁹ ꝑ ip̄m heredē poterit fieri q̄ per seipsum proponēs firmiter ꝑ seipsum satisfacere si sic posset. ita erit in statu salutis. 2

¶ Quid de ꝯstituto in articulo extreme necessitatis an teneatur restituere. Rñ. ſm. Sco. vbi. s. ꝙ nō. qꝛ i extrema necessitate oīa sunt cōia. l. j. §. cū i eadē. ff. ad l. rho. de ia. vñ ista res iure poli efficit̄ detinētis existentis in tali articulo nisi ille cui dz restitui sil̄r sit in tali extrema necessitate. qꝛ tūc illi debet̄ q̄ pri⁹ in talē deuenit necessitatē ꝛ si eodē tp̄e deuenerūt dño est restituēda. qꝛ duob⁹ cōcurrentibus preualet quod est potius. ar. l. querit̄. ff. de sta. ho. Et subdit Sco. ꝙ si talis detētor eā rē nō occupauit añ talē necessitatē. licet veniat ad pinguiorē fortunā. nō tenet̄ restituere. Secus si preoccupasset ante talem necessitatem. 3

¶ Utrū debitor qui non est in articulo extreme necessitatis sed tamē nō pōt restituere sine magno suo dāno tp̄ali puta destructiōe artis ex qua viuit ipse ꝛ familia sua qꝛ oporteret vendere iustr̄a vel libros vel capitale ex quibus victū lucratur. similiter statim teneatur restituere. Rñ. ſm Sco. vbi. s. ꝙ si ille cui debet̄ est abūdās ita ꝙ competenter pōt transire sine eo ꝙ sibi debetur. tunc nō tenetur statim restituere sed debet petere licentiam disserēdi restitutionē per se vel ꝑ interpositā ꝑsonā si fieri potest sine periculo quā si dat pōt differre ſm ꝙ cōuenerūt. Si vero nō vult dare tūc ſm. Jo. de neapo. i quolibeto. ix. q. xxij. etiā differre pōt annuatim aliq̄d restituēdo ꝓut meli⁹ poterit. ꝑ cuius dicto facit in ar. c. sicut. hi. in ver. inuadere cū gl. xlvij. distin. ꝛ. c. si quis. de fur. vbi patet ꝙ magna necessitas etiā si nō sit extrema excusat a restitutione dz tamē si 4

UVA. BHSC. IyR_213

bi cauere a supfluis qꝛ nõ põt viuere cũ honore ⁊ cũ decẽtia status quis de alieno ꝟm Ri.iiij.di.xv.q.ar.v.iiij.⁊ si ipse i vita nõ poterit satisfacere iubeat heredibus vt ipsi cõpleant. Si vero illa cui debet ita eget sicut ⁊ ipse tũc statiꝫ tenetur restituere qꝛ nõ lꝫ cũ incõmodo alieno meũ cõmodũ facere de alieno, quia prima charitas incipit a seipõ.c.nõ satis.lxxxvj.di.nisi ille cui debet liberaliter cõcedere licentiam differendi.

5 ¶Utrũ restitutio sit differenda quãdo nõ põt fieri sine dãno aie alicuius aut corpis.aut fame. Rñ. ꝙ sic donec cessẽt p̃dicta pericula qꝛ ordie charitatis aia ⁊ corpꝰ ⁊ fama debẽt p̃poni rebꝰ tpalibus facit.c.officij.de pe.⁊ re nisi ille cui facienda est restitutio esset in extrema necessitate.qꝛ tũc salꝰ corporis illiꝰ est p̃ponẽda in re sua saluti corporali alterius ⁊ fame nõ aũt aie. his oibus concordãt Sco.⁊ Ricar.in.iiij.xv.distin.et hẽri.de gãda.in.vj.quolibeto.q.xxiiij. ⁊ Jo.de neapo.vbi.s̃.

6 ¶Utrũ ille a quo res põt aduocari petita restitutione in integrum iure spãli vel generali teneat eã restituere in foro aie anteq̃ imploret. Rñ.ꝟm Jnno in c.qꝛ pleriq̃.de immu.eccle.ꝙ si cõtractus tenuit mero iure nõ tenet nisi his q̃ põt petere restitutionem fuerit lesus malitia cõtrahentis. Addo etiã vel nisi impediret petere aliquo iusto timore puta qꝛ dubitat nõ posse obtinere in iudicio propter fauorem talis debentis ⁊ hmõi: qꝛ sic etiã si nõ aduocat tenet in cõsciẽtia qđ no. Si vero ꝯctus nõ tꝫ.sꝫ est nullus ipõ iure puta quia res ecclesie est vendita sine debita solẽnitate et hmõi sic tenet lꝫ non petatur. Quod limitat do.Anto.in.d.c.quia pleriq̃.quo ad consciam verum nisi ꝯctus teneret quo ad metas iuris naturalis.puta qꝛ fuit legitima cã alienãdi rẽ ecclesiasticã ⁊ debitũ p̃cium est solutũ lꝫ defuerit solẽnitas.nihilominꝰ in foro aie nõ tenet qꝛ solennitates sunt adinuẽte propter deceptiones vitandas.⁊ ideo vbi cessant cessabit in foro aie ipa lex.facit quod dico.s̃.electio.§.vltimo.

Restõ vltimo qũo tollit eiꝰ obligatio.rñ.dicẽdũ ꝙ q̃ ad foꝝ ꝯtẽtiosum remittit absolutiõe.solutiõe.rei interitu ⁊ cessiõe. Sꝫ hic solũ dicã qũo remittit quo ad cõsciam.⁊ primũ p̃.absolutionẽ ⁊ hoc p̃ questiones melius cognosces.

¶Utrum absq̃ rei restitutione ex sola absolutiõe creditoris vel relaxatiõe absoluat quis ab obligatiõe restitutiõis. Rñ.ꝙ licet Girar.de se.⁊ Dy in regula pctm̃ de reg.iu.li.vj.videant tenere ꝙ non sed ꝙ necessaria sit ei restitutio vel p̃ciũ si nõ erat. Tamẽ tu tene cũ Egid. ordi.eremitarum.⁊ Jo.an.in.d.regula peccatũ.Lap.de castel.⁊ multis alijs ꝙ vlꝫ ⁊ libere est absolutꝰ si tamẽ dicta relaxatio liberaliter fuit facta etiaꝫ si debitor nõ habuerit debitã dispositionẽ ad solueñ.qꝛ i translatiõe dominij rerũ seu circa i p̃as res attẽdit plꝰ voluntas domini earũ q̃ alterius.insti.de fur.§. placuit.e.l.inter oẽs.§ pe.ff.de fur.et pꝫ p̃ ea q̃.s̃.dixi restitutio.j.in prin.Et ꝟm Egidiũ p̃dictũ i quolibeto.lꝫ talis debitor male dispositꝰ ad restitueñ.indiget pnia.de tali mala dispositione. aliter nõ absoluet a deo: tñ penitendo de tali mala dispositione nõ tenet amplius restituere. Aduerte hic qꝛ sunt casus in quibꝰ relaxatio creditoris nõ absoluit ab obligatiõe restitutionis. Primus est in cle.nolẽtes.de heret.de quo s̃.Excommunicatio.vij.casu.xlij. Secũdus casus est in.c.felicis.de censi.li.vj. de quo habes.j.visitationem.§.iij. Tertius casus est.s̃.iudex.§.viij.

¶Quid si talis absolutio seu remissio sit facta nõ liberaliter.sed p̃ metuꝫ seu desperationẽ puta ne eiꝰ indignationẽ incurreret.vel qꝛ oino nihil habere posse credebat vel parum. Aut cuꝫ fraude vi obtenta.puta dicendo ꝙ nihil poterat soluere vel parũ.cuꝫ tamẽ totũ posset vel plusq̃ dixerit. Rñ.ꝙ nõ valet nec talis est obligatus ab absolutiõe restõnis. Hosti.tñ in summa.ti.de vsu.tꝫ ꝙ si aliqua honesta p̃sone tractat cũ aliquo

UVA. BHSC. IyR_213

dicēs si ex corde residuū volueris remittere faciā ꝙ talis restituet tibi tm̄. ⁊ ille remittit ꝙ talis debitor ē liberat⁹. Qd̄ credo verū qn̄ talis ꝑsona honeste hoc tractat puta intendēdo gerere negociū amborū vtiliter. ⁊ quo ad obligationē restitutionis. sed nō quo ad pctm̄ male dispositionis. de quo tamē sufficit peniteat sine alia restitutione.

5 ¶Sed nunquid quilibet cui debet̄ pōt hāc absolutionē facere. Rn̄. ꝙ nō sed solum illi qui liberā de suis rebus habēt administrationē. Et qui possunt donare ⁊ qui sint. vide donatio. j.

4 ¶Utrū cōsiliū vniuersale vl' ciuitatis ⁊ hmōi possit remittere qd̄ debet̄ singulari persone cōtra eius voluntatē. Rn̄. ꝑm Inno. in. c. in nostra. de iniur. ꝙ sic. si debetur iure ciuili tantum.

Additio vn̄ princeps restituit in inte. ex certa scia cū p̄iudicio tertij licite. facit ad hoc. l. fi. C. de sē. pas. ⁊. l. in cause. ff. de mino. ⁊ qd̄ not. Bar. in. l. gallus. §. ⁊ quid si tm̄. ff. de lib. ⁊ post. Sec⁹ si debet̄ iure naturali qꝛ nō pōt. Qd̄ limita sine cā qꝛ cū cā ēt pōt. vt no. idē Inno. in. c. q̄ in ecclesiaꝝ. de cōsti. ⁊ gl. i. l. fi. C. si cōtra ius vel vtipu. vbi tꝫ ꝙ publica vtilitas sit licita cā vt tollatur qd̄ alteri debet̄ etiaꝫ de iure naturali qd̄ est notādū singulariter. qꝛ facit ad cognoscendumqn̄ papa pōt dispensare sup̄ certis ⁊ quādo dn̄i vel cōmunitates qui habuerūt bellum inter se possunt cōponere sup̄ dānis datis. de quo vide. s̄. bellum. §. xiiij.

5 ¶Utrū cū quis nō vult restituere. quia non potest nisi cum magno suo incōmodo. ⁊ ille cui tenet̄ nō vult dare dilationem vel remissionem aliquā possit absolui a suo confessore. Rn̄. ꝑm Direct. ti. restitutio. ꝙ etiā si nō immineat periculum vite restituere debēt vel aliud graue incōmodum potest cōfessor conscientiam suam formare. ex eo ꝙ intēdat negocium vtiliter gerere creditoris. eo qꝛ videt ꝙ nō ita cito vel ita commode vel nunq̄ posset rem suam recuperare. ⁊ sic dare absolutionē peccatori potest dum modo ꝓmittat bōa fide satisfacere certo die. vel aliā cautionē faciat nō tn̄ iuramentū exigat. vt ita creditor habeat suū ⁊ pctōr nō recedat a cōfessore d̄speratus. ꝑ quo facit. l. soluēdo. ff. d̄ nego. ge. ⁊. l. ait p̄tor. §. j. ff. de mio. Et cū hoc ꝯcor. ho. in summa. Qd̄ bn̄ notent ꝯfessores q̄ nō solū vtiliter nō gerūt negociū creditorū. sꝫ poti⁹ dānose absoluendo illos qui restituerent si absolutionē negarent qꝛ tenētur ipsi de omni dāno dato creditoribus.

¶Utrū ep̄s vel proprius ꝯfessor possit dare licentiā differendi restitutionē incertoꝝ. Rn̄. d. Anto. in. c. cū tu. de vsu. tenet ꝙ ꝯfessor non pōt nisi habeat autoritatē ab ep̄o. Alij autem tenent ꝙ etiā proprius cōfessor. Sꝫ ego dico ꝙ ⁊ ep̄s ⁊ proprius cōfessor pōt quādo ex rationabili cā hoc facit ita tamen ꝙ per hoc non ledant̄ pauperes sicut faciunt qui talia incerta cōcedūt ad pōpā ⁊ ad statum illorum qui debēt restituere. ⁊ ad damnationem tam concedētium q̄ q̄bus conceditur. 6

¶Utrū dn̄s q̄ si totū vēderet qd̄ hꝫ nō possit restituere quicquid ipse vel sui p̄decessores idebite a subditis rapuerūt habeat aliquē modū liberationis. Rn̄. ꝑm Monal. ti. Restitutio. iiij. ꝙ sic vꝫ vt remittat oībus suis in recompensationem aliquam seruitutē ad quā tenētur ei imperpetuū: vel det eis aliquā certā imunitatē. vel faciat aliqd̄ hospitale vl' aliā eleemosynā de consensu ⁊ volūtate dāda passoꝝ vl' alioꝝ successoꝝ. ⁊ cū hoc concordat Directo. ti. de resti. 7

